


# SATYRA MEDICA, DE TRIPLICI LACTE VIRGINIS

QUAM
DEO JUVANTE
IN CELEBERRIMA ELECTORALI
HEIDELBERGENSI
*PRÆSIDE*
RECTORE MAGNIFICO

**DN. GEORGIO FRANCO,**
MED. ATQUE PHIL. DOCT. ET PROF. P.
ORD. FAC. DECANO ET ACADEMICO CURIOSO
PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO
ÆVITERNUM COLENDO

Jatrophilis exhibet
*Ad Diem* cIↃ IↃc LXXVIII. *horis antemerid.*
*In Brabeuter. Univerſ.*

JOHANNES DANIEL Geier
RATISPONENSIS.

HEIDELBERGÆ,
*Literis* SAMUELIS AMMONII ACA[illegible]

Bd[1]

VIRO
PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO
ATQUE EXPERIENTISSIMO
DOMINO
# ESAIÆ Waldmann
cognomento Geigern/
MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ DOCTORI,
PRACTICO APUD SCHMALCALDENSES
FAMIGERATISSIMO,
Avunculo ſuo ac Patrono omni honoris titulo
æviternum ſuſpiciendo.

*Non tantum in vaſto maris gurgite navigantes, ſed & littus ſaltem legentes quandoque naufragia patiuntur, ni prudentem Patronum proræ affixum habeant: Idem quoque mihi, dum vaſtiſſimo Medicinæ Oceano ejuſque ventis naviculam meam committo, verendum foret, niſi poſt fidiſſimam curam Paternam, atque indefeſſum ductum Excell. Dn. Præſidis, etiam TE ſanguine Materno mihi conjunctiſſimum ejusdemque Facultatis conſecraneum, Patronum ſcirem. Quare, ut foris conſtet quoque, quid domi noſtræ fiat; Satyram hanc, quam ſolum pro juvenili captu defendendam ſuſcepi, auſpicatiſſimo Frontiſpicio TUO ſubſcribere tot tantaque beneficia me cogunt. Mihi ſolum ſatis erit ſi hoc ipſo bonæ grateque mentis* τεκμήριον *calculo TUO approbaveris, & hoc ipſo accedet ſtimulus interiora ſtudii mei adyta ingrediendi, ſicque in æternum devincies illum, qui cupit audire.*

EXCELLENTISSIMI DN AVUNCULI

*obſervantiſſimus ex ſorore nepos*

JOHANN DANIEL Geier/ Ratisp.
Phil. & Med. Stud.

Universitätsbibliothek
Frankfurt am Main



B. C. D.
I.
# LAC VIRGINIS PHYSIOLOGICUM.

§. I. Ἄνευ ϖροοιμίου, quæ Areopagitarum erat formula, disquirendum propono atque propino; AN videlicet Virgines intaminatæ in mammillis ſuis naturaliter lac aut habere poſſint, aut jam olim habuerint; & unde hoc?

§. 2. NEGANTIUM inſignis eſt caterva, quæ & *auctoritate* & *rationibus* ſe tueri ſatagit. In hoc cenſu reperio Philoſophos, Philologos, JCtos, atque, quod mireris, etiam Medicos.

§ 3. PHILOSOPHOS primum audiamus. LOGICI *ad unum omnes hoc ipſum adſeverare minime dubitant. Quid, quæſo, crebrius in eorum ſcholis & ſubſelliis jactatur & perſonat, quam hæc, nulla arte, ut ipſi putant convellenda argumentatio?* Lac habet: Ergo peperit, *vel ſaltim, quid ſit virum inſomnem amplecti, experta eſt*, ſunt verba *Iacobi* HASEBARDI *ap. Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta Med. Haſn. locul. XXIII. p. m. 244.* Conf. quoque *Philipp.* MELANCHTHON. *l. IV. Dialect. in loco, a Signis.* Hinc quoque SEXTUS *Empiricus* pro certo aſſumit Si lac habet in uberibus: E. Concepit. In quem etiam ſenſum ARTEMIDORUS ait: ἄνευ συνουσίας ἀφροδισίου οὔποτε σχέιν; citante *Cl. Henning.* ARNISÆO ap. *Th.* BARTHOLIN. *l. a. p. m. 377.* Et ut Deum aliquem habeant Tutelarem, in ſubſidium vocant Anteſignani ſui *Stagiritæ* verba ex *III. H. A. 20.* hæc: οὐ γίνεται δὲ γάλα, πρὶν μὲν ἔγκυον γένηται, οὐδενὶ τῶν ζώων, i. e. *Nulli animalium lac fit, priusquam uterum ferat.*

§. 4. PHILOLOGI etiam Negantibus ſe aſſociant; argumento ex nominis ratione atque derivatione petito; παρθένος enim Græcis, Latinis Virgo, ideo nominetur, quia non lac habeat. Audiamus EUSTATHIUM *Archiepiſcopum Theſſalonicæ* ἐν ταῖς παρεκβολαῖς εἰς τὴν

 Λ. ῥαψῳδ

Δ. ῥαψῳδ: τῆς Ὀδυσσ: ὁμήρ: (*Edit. Roman. : incept. A. C. 1542. & abſolut.* 1549; quam benevole mihi conceſſit *Nobiliſſ. Dn.* CAMERARIUS ex inſtructiſſ. ſua Bibliotheca:) *f. m.* 1682. *n.* 24. inquientem: Παρθένος γὰρ ἡ ἐστερημένη τοῦ θειάδος ἤγουν θηλάζειν, h. e. *Virgo enim, quæ privata lactatione, ſeu, quæ nondum lactat.* Nimirum præpoſitio παρὰ privative accipitur [quod Græcis non eſt infrequens & monet etiam *Frid.* SYLBURG *not. ad Etymolog. M. f. m. 39.*] & perinde dein eſt, ſive ad τὸ θειάδος, ſive ad τὸ θηλάζειν adponatur; judicio Viri in Græcis doctiſſimi *I. G.* WILHELMI, ſuaviſſimi Amici.

§. 5. Potiſſimum autem vexata eſt materia ap JCtos, qui lac in Virginum mammis poſſe reperiri negant, uti DUARENUS *in Com. ad tit. de Probat. c. 3. non longe à princ. & l. I. diſpp. anniverſ. c. 27. verſ. neceſſaria* referente *Henr.* BOCERO *tr. de quæſt. & tortur. c. 3. n. 18.* apud CORNMANN. *de Iure Virgin. c. ix p. m. 16.* Conf. *Ioh.* ZANGER. *in tr. de quæſt. & tortur. cap. 2. n. 169.* atque *Matth.* STEPHAN. *in not. ad art. xxxvi.* P. H. O. Adeo ut pro ſigno imprægnationis habeant CAGNOL. *in l. ſi quis prægnantem. 187. ff. de R. I. tom. 3.* & MASCARD. *de Probat. Concl. 1208. n. 10. Vol. III.* allegante P. ZACCHIA *l. 1. t. 3. q. 3. n. 20.* Et *Iac.* MENOCHIUS *de præſumt. l. 1. q. 3. n. 3.* inquit: *Si probatur mulierem habere lac in mammis, inde artificialis probatio, ſeu violenta præſumtio orietur, mulierem hanc fuiſſe corruptam. Quo ſane exemplo uſi ſunt* FABIUS *l. 5. Inſt. orat. c. 9.* Et ex noſtris BALD *in rubr. C. de probat. n. 6. verſ.* Exemplum de primo. *Natura enim ipſa non arſ efficit, ut lac in mammis habeat mulier propter generationem.*

§. 6. Nec auctoritate privata res vult contenta eſſe, quin producuntur verba ORDIN. CRIMIN. CAROL. *Artic. xxxvi.* hæc: Wo aber das Kindlein / ſo kürtzlich ertötet worden iſt / das der Mutter di Milch inn den'n Brüſten noch nicht vergangen; Di mag an iren Brüſten gemolken wärden. Bei welcher dann inn den'n Brüſten rechte vollkommne Milch erfunden wird / di hatt deßhalben eine ſtarke Vermutung Peinlicher Frage wider ſich.

§. 7. Inſuper allegantur conſuetudines Magiſtratuum, ubi per obſtetrices inquirunt in mammas Virginum, ſi expoſititius invenitur vel occiſus: ubi, quæ lac habet, arguitur rea, teſte *Iac* HASEBARTO *ap. Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta Med. locul. 23. p. m. 238.*

§. 8. Et quod miremur, ex MEDICIS multi, & ſæpe non infimi ſubſellii, plane abnegarant lac aliquando dari in Virgine, ſiquidem GALENUS *l.* περὶ φιλοσόφου ἱστορίας *f. m. 452. Edit. Græca Baſil. A. C. 1538. per Hervag. & Froben. part. IV.* inquit:

Περὶ σημείου.

Σημεῖον τοίνυν, ὅ μὲν διαλεκτικοί φασιν ἀξίωμα ἐν ὑγιεῖ συνημμένον. Καθηγούμενον ἐκκαλυπτικὸν τοῦ λήγοντος. Τῶν δὲ σημείων τὰ μὲν ἐστιν ἐνδεικτικά, τὰ δὲ ὑπομνηστικά. Ὑπομνηστικὸν μὲν οὖν ἐστιν, ὅπερ παρατέθεικε τὸ σημεῖον τῷ ἅμα φανῆναι τὸ σημεῖον. Καὶ τοῦ σημείου τοῦ εἰς γνῶσιν ἡμᾶς ἀγαγεῖν. Οἷον ποῖόν ἐστι ἐπὶ τοῦ καπνοῦ. τοῦτο γὰρ ἰδόντες, εὐθὺς γινώσκομεν ὅτι ἐκ πυρὸς γεγονώς ἐστιν. Ἐνδεικτικὸν δὲ ἐστι σημεῖον, ὃ μὴ πρότερον παρατηρηθὲν τοῦ σημείου τοῦ διαφανέντος εἰς γνῶσιν οὐκ ἀφικόμεθα τοῦ σημείου, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γάλα ἐχούσης, εὐθὺς γινώσκομεν, ὅτι τετοκυῖά ἐστι. Quæ ex verſione Julii Martiani Rotæ, & recognitione atque emendatione Jani Cornarii (*in Edit. Baſil. Latina Tom. VIII.* ubi ſpuria ſunt; 1549. ap. Froben. & Epiſcop.) *f. m. 10.* ita redduntur:

## De Signo
### Cap. 8.

*Signum à dialecticis diffinitur prologuium mentis conjunctum. Item antecedens, cui conſequens aliquod adnexum ſit. Signorum autem quædam oſtendere, quædam admonere dicuntur. Oſtendunt, quæ ſic adnexa ſignificatis ſunt, ut cum primum appareant, nos in cognitionem rei ſignificatæ ducant: ut fumus, quem ſimul atque conſpeximus, ignem ſubeſſe ſtatim intelligimus. Admonent, quæ non niſi prius obſervata in notitiam rei ſignificatæ nos abducunt, ut* lac in papillis: *id enim, ubi prius adeſſe cognoverimus, antea peperiſſe mulierem intelligimus.* Huic adſtipulatur *Henn.* ARNISÆUS ap. *Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta locul. 33. p. m. 378.* inquiens, lactis præſentiam nihil amplius indicare, quam eam concepiſſe; non autem peperiſſe. Conf. CARDANUS ap. *Joh.* VISCERUM *diſp. de lacte*, (*Reſpondente Joh. Hartm.* Beiero *probl. 1. §. 12. Tubing. 1586.*) it. *Barthold.* SCHEFFER *diſp. inaug. de phthiſi Coroll. 9. Argentor. 1647. Jac.* HASEBARD. *ap. Th.* BARTHOL. *&c.*

§. 9. Et ut auctoritati majus pondus adderent, quæſiverunt rationes. Nim. fruſtra daretur illud lac, cum nullum haberet aut finem aut uſum, Conf. *Andr.* LAVRENT. *l. 9. Anat. q. 2. Jac.* HASEBARD. ap. *Th.* BARTHOL. *in Ciſta locul. 23. p. m. 242. ſeq.* Ex Hippocrate atque Galeno Remus & Matth. Steph. ap. Caſp. Manz. ad P. H. O. *art. 36. n. 2.* Siquidem juxta πολυθρύλλητον: Deus & Natura nihil fruſtra.

§. 10. Lactis vero præſentiam deflorationem arguere probat decantatiſſimus ille à tota Medicorum ſchola uteri cum mammis conſenſus; de quo GALENUS *XIV. V. P. 4. & 8. & XVI. 10.* & l. π. φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῆς *c. 8.* SORANUS *c. de utero.* C. HOFMAN. *ad Gal. V. P. n. 977. 1006. & 1092.* ROLFINC. *diſſert. anat. l. V. c. 27. & l. de partibus*

*generat. dicatis part. 2. c. 16. ſeqq. per tot.* CHARLETON. *Oecon. animal. Exerc. 3.* paſſim, præcipuè autem §. *11. p. m. 39.* MOEBIUS *Fund. Phyſiol. c. 20. p. m. 541. Vidus* VIDIUS *Anat. l. 3. c. 12. & 15. & l. 5. c. 12. & l. 1. de medicam. c. 20. Alex.* MASSARIAS *Pract. l. 4. c. 2. f. m. 240.* C. BAUHINUS *Anat. l. 2. c. 4.* Et cui non dictus Hylas?

§. 11. Hinc quoque videtur eſſe quod lactantes lunare iſtud tributum non exſolvant, uti præter communem experientiam; inſuper hoc confirmant unanimia ſcribtorum vota; Conf. BARTHOLIN. *A. R. l. 2. c. 1. C.* BAUHIN. *Anat. l. 2. c. 4.*

§. 12. Pari experientia atque certitudine ſcitur imprægnatis eundem adimi fluxum. Unicum, qui ſit omnium inſtar, laudo GALENUM *XIV. V. P. 8.* ajentem: Τὸν αὐτὸν χρόνον οὐκ ἐνδέχεσθαι, φέρεσθαι τὰ καταμήνια καλῶς, καὶ θηλάζειν τὸ θῆλυ; i. e. *Eodem tempore non fieri poteſt, menſes bene effundere & lactare feminam.* Quæ certe omnia virginitatem prius amiſſam ſubponunt.

§. 13. Rurſus lac prius non ineſt naturaliter femellis, niſi cum menſes incipiunt; & venereus pruritus ſtimulos ſubminiſtrat, quod vel ſororiantes conteſtantur mammillæ: nec etiam prius lac illis deficit; quam ipſæ deſinant imprægnari ac utero ferre; teſte fidiſſima rerum magiſtra experientia.

§. 14. Denique ſubpreſſi menſes non redderentur per mammarum papillas; niſi de ſuperius dictorum conſtet veritate. Effluxiſſe autem menſes ceteroquin ſubpreſſos per mammas fuſius adnotarunt AMATUS *Luſit. c. 2. cur. 21.* CORDÆUS *Com. 6. in l. 1. Hipp. de morb. Mul.* apud SENNERT. *Prax. l. 4. p. 2. ſ. 2. c. 11.* PAREUS *l. 23. c. 52. Salomon.* ALBERT. *in Anatom.* ap. MOEBIUM *in Fund. Phyſiol. c. XX. A.* LAVRENT. ap. SCHENK. *l. obſſ.* PANAROL. *pentec. 4. obſ. 13.* ac JONSTON. *Thaumatogr. Claſſ. X. c. 5. art. 2. Th.* BARTHOLIN. *A. R. l. 2. c. 1. p. m. 211. C.* BAVHIN. *Anat. l. 2. c. 4.* Imo etiam per ſpacium illud, quod mammas dividit, Vid. *Joh. Phil.* LAIVS *diſp. de Menſ. ſubpreſſ. §. 11. Gieſſæ 1660.*

§. 15. Nec reciproce lac efflueret per uterum; niſi tanta utriusque partis eſſet communicatio. Hoc vero olim eſſe factum novimus ex obſervatione *Cl. V. Caſp.* BAVHIN. *de obſſ. propriis* ap. J. SCHENK. *l. 2. de mammillis obſ. 6.* inquientis: *Lac mulieribus per veſicam & uterum expurgari, Clariſſ. Medicus* D. CAPELLVS, *ſe obſervaſſe mihi communicavit, ut qui mulierem vidit, quæ dimidium cyathum lactis una cum urina eminxit.* Et *A.* LAURENT. *l. 1. Anat. q. 14.* vidit puerperas quamplurimas, per uterum & veſicam maximam lactis copiam excreviſſe; ap. *eund.* SCHENK. *l. 4.*

Fieri



Fieri hoc, ſed rarius, etiam conſentit BARTHOLIN. *A. R. l. 2. c. 1. p. m. 211.* & de lacteis thorac. *c. x.*

§. 16. Nova heic exoritur ſententia Viri non indocti *D. Joh.* MATTHÆI *quæſt. med. XIV.* (*Edit. Herborn. 1616.* Quod ideo moneo, cum alias uſus ſim imperfectiore illa A. C. 1603. Francof. edito.) reſpondentis affirmantibus ejusmodi lac dari; Diſtinguendum nimirum eſſe inter lac verum album & dulce & Mucum lactis ſimilitudinem habentem. Hinc illud nunquam, neque in ſexu etiam maſculini generis, neq; in virginibus; hunc autem interdum generari poſſe concludit. Nec admodum abludit *A.* LAVRENTIVS *l. 9. q. 2.* tale lac in viris non adeo laudabile & verum eſſe, ac feminarum aſſerens, & C. Bauhin. Anat. l. 2. c. 3. ait: *In Viris humorem lacti ſimilem generari non negamus, ſed ad alendum ineptum dicimus, qualem in duobus copioſiore ſucco refertis obſervavimus.*

§. 17. Sed verior longe eſt ſententia; quæ pro affirmatione militat; ſcilicet in virginibus quandoque ſalva earum integritate poſſe lac reperiri. Et ne abſurdum hoc videatur; viliſſimum præmittam argumentum petitum ab auctoritate CARDANI, VESAL. EVGVBIN. BARICELL. &c. it. *Joach.* CAMERARII ap. SCHENK. *Fortun.* FIDELIS *de relatt. Medicor. l. 3. ſ. 4. c. 1. p. m. 409.* NANCELL. *in analog. microc. ad macroc. l. 4. c. 5.* L. JOVBERT. *l. 5. de Error. popul. c. 3. A.* LAVRENT. *l. 8. Anat. q. 1.* SCHENK. *l. d.* MERCAT. *l. 1. de part. p. 4. Claſſ. 4. q. 124. n. 3. R. à* CASTRO *l. 4. de Nat. Mul. c. 10. & l. 4. Med. Polit. c. 12.* BEVEROVIC. *Epiſt. quæſt. ad Lydum p. m. 35.* ZACVT. *Luſit. l. 3. Prax. hiſt. c. 8. circa fin. M. SEBIZ. l. 3. de Fac. Alim. c. 7. LIBAV. ap. HORNVNG. in Ciſta Med. Epiſt. 47. in P. S. p. m. 155. Franc. RANCHIN. de Morb. Mul. SINIBALD. Geneanthrop. l. 4. tr. 2. c. 6. Dan. BECKERVS Med. microc. l. 1. c. 6. p. m. 15. Th. BARTHOLIN. A. R. l. c. 1. & Cent. 3. Epiſt. 38. P.* ZACCHIAS *l. 1. t. 3. q. 3. n. 23. & l. 4. t. 2. quæſt. med. leg. 1. n. 18. Cl. P. J.* SACHS. (heu) olim noſter *ſchol. ad Ann. 2. Ephem. Germ. Cur. obſ. 135.* & egregie *Joh. BETTVS l. de Nat. ſanguinis c. 1. ſ. 1. §. 4. ac Thom.* CORNELIVS *Conſentin. Progymnaſm. 6.*

§. 18. Tutius argumentum petitur ab αὐτοψίᾳ. Malo tamen heic ſeparationem fieri ab illis, quæ miraculo facta eſſe dici poſſunt, uti de S. Chriſtina ex DIONYSIO *Carthuſiano* narrat CANTIPRATENSIS *in vita S. Chriſtinæ cap. 4. &* ex his *Sim. MAJOLVS Colloq. IV.* hæc enim, cum à neceſſariis contemneretur, hiq; illi negarent cibum propriis ab uberibus, tametſi virginalibus, lacte ſe nutriverit, vide REIES *q. 47. n. 2.*

§. 19. Re-

§. 19. Revertor ergo ad phyſica exempla. Semel obſervavit in puellaBrugenſi *Chriſt. à VEGA Comm. in V. aph. 39.* in Angela Meſſanenſi *P.* CASTELLVS ap. *Th. BARTHOLIN. A. R. l. 2. c. 1. qui ibid. & Cent. 1. h 27.* in Scaniæ virgine, ejusq; tota familia idem obſervavit. Viderunt quoque *Joh.* COSTÆVS *annot. ad Ebn-Sinam HUGO Medicus ap. FOREST. l. 28. obſ. 77. in ſchol. Alex. BENEDICT. l. 3. Anat. 4. R. à CASTRO l. 4. Med. Polit. c. 12.* & *BORELL. C. 1. obſ. 49.* ex *Joh. FABR. Lynceo in Nardi comm. 4.* Huc per aliquam affinitatem refero, quæ habet *Louyſe BOURGEOIS* (verſ. Germ. Oppenhemii 1619.) im Hebammen Buch I. Teils. 1. Capittel am 28. Blatt ita: Allhi / und an diſem Ort / kann ich wol mit Warheit ſagen / das ich ein Weib gekannt / welche ires Alters von ungefähr 48. oder auch 50. Jaren ſein möchte / und di Tag ires Lebens ni kein Kind hatte gehabt / und hatte doch Milch inn den'n Brüſten / daß ir ſolche außfloſſe. Imo etiam ter obſervavit ERICUS *Collega* FORESTI, ceu hic allegat *l. 28. obſerv. 77 in ſchol.*

§. 20. Nec rationes deſunt. Lactis enim materia; efficiens, viæ &c. non demum tanquam nova ἐπιγινόμενα accidunt; ſed ſaltim horum uſus aliquando incipit; cui vel levior aliqua poteſt ſervire occaſio.

§. 21. Ita ſola ſuctio ſatis valebit rem efficere, rei fidem faciente *ARISTOT. III. H. A. 20.* Nec deeſt rubrica Virginis lactantis, ſiquidem *Phil. SALMUTH. cent. 1. obſ. 92.* refert hanc hiſtoriam: *Serva quædam curam agit infantis, atque illum in eodem ſecum lecto reponit: ac prout petulcæ quandoque ſolent eſſe, mammam ſugendum frequenter exhibet. Siſtuntur menſes: Lac vero in mammis gignit. Lactat.* Simile contigiſſe ante paucos annos Goslariæ olim commilito honor. D. D. *Joh. JACOBI in problem. miſcell. circa Phyſiolog. q. 49. p. m. 85.* Qui *ibidem* probat per filiam illam Virginem, (quamvis ex textu hoc non pateat ſatis) quæ patrem in carcere detentum uberibus per longum tempus aluit; hiſtoria eſt ap. Val. Max. V. 4. 1. in externis.

§. 22. Immo etiam in vetulis ſuctione non raro Lac iterum allicitur. Afferam verba AMATI *Luſitani Cent. 1. Curat. 47. p. m. 131* inquientis: *Viſæ ſunt mulieres, quibus menſes ob ætatem grandiorem ſuppreſſi erant, & tamen illis Lac copioſiſſimum ad mammillas devenit ſolo puerorum ſuctu, quos poſtea lactarunt, & ad annum & plus, ac ſi pepererant, eos tractarunt. Ex iis autem mulieribus a me* una Feriartenſis *ætatis quinque ſuper quinquaginta annorum viſa eſt:* Altera *v. nobilis ap. Luſitanos Santarenenſis, nata annos prope ſexaginta* Addo *H. ab* HEER *obſ. 14. in fine p. m. 195.* qui ita: *Quod ſequitur miraculo affine eſt. In vico doliariorum Oda Ioſäi in tertio partu extincta, relicto vivo pupillo, Iohannæ Odæ mater quinquagenaria major miſerata nepotulum ejulantem, aridas jam dudum ab undecim annis mammas ori ejus applicat: ſugit infans, cum immani omnium Stupore, lactis magnam copiam elicit idque multis poſt menſibus continuat; dum adoleſceret commodeque alios cibos, potumque admitteret. Ita natura nunquam deficit in neceſſariis & ſitienti Iſmaeli, et am in pumice aquam, quo vitam ſuſtentet, invenit.* Plane ſimilem hiſtoriam factam in oppido Hami Veromanduorum ex BODINO *theatr. Nat. l. 3. p. 429.* refert J. SCHENK *l. 2. de Mammillis obſ. 12. f. m. 305.* & DEUSING. *de Lacte ſ. 1. §. 16.* Pariter Ruſticanam piiſſimam viduam, prope ſexagenariam, motu caritatis. 7. hebdomadibus aluiſſe bimeſtrem expoſitum infantulum, ſolius avidi ſuctus occaſione conteſtatur *Cl. D. D. Franciſc.* BOUCHARDUS *in* EPHEM: GERM CUR. *Ann. III. obſ. 10.* Conf. EBN. SINAM. *l. 3. Can. fen. 12. tr. 1. c. 3.* & COSTÆUM *ab h. l.*



§. 23. Et cum ſuperflua non noceant, vel ipſis monentibus Cl. Juris antiſtitibus *l. non ſolent 94. ff. de R. J. l. pediculis 32. §. Labeo ff. de aur. & arg. leg. DD. ad text. l. 28. pr. C. de teſt.* poſt humana exempla, addo brutum. Canis Anglicana, virgo adhuc, ſua ubera ſugendo, lactis materiam adtraxit teſte *LIBAV.* ap. *HORNUNG. in Ciſta Med. Epiſt. 47. p. m. 155.* Ita ipſemet novi exempla, ubi per frequentem uberum contrectationem in vitulis majoribus atque capellis fuit tandem lac prolectum.

§. 24. Majorem promeretur admirationem, quando & *infantes* & *pueri*; immo *Viri* lac profuderunt; prout monumentis literarum obſervationes tales conſignatæ ſunt. De Infantibus hoc perhibent *Corn. GEMMA Coſmocr. c. 7. Thom.* CORNELIUS *Conſentinus Progymnaſm. VI. p. m. 222. DEUSING. diſp. de Lacte ſ. 1. §. 17. Th. BARTHOLIN. C. 3. Epiſt. 38.* Quin immò hoc communiter accidere in recens natorum mammillis ex *HARVEJ. de Generat. animal. Exerc. 55.* aſſerit CHARLETON. *Oeconom. animal. Exerc. 3. de Galaxia §. 6. p. m. 30.* Et *Th. BARTHOLIN. C. 3. Epiſt. 38. p. m. 143.* ſtatuit infantes fere omnes tam mares, quam feminas ab ortu ad menſem integrum lac per mammillas reddere; illud autem, (quod tamen alii prætendunt) non eſſe maternum credit, ſed proprium, quia chylo æque hi ac matres nutriantur. Conf. SCHNEIDER. *l. 3. de catarrh. c. 3. p. 101.* Rationes quoq; reddit *DEUSING. de Lacte §. 26.* Exemplum eſt ap. CARDAN. *l. XII. ſubtilit.* recenſente J. SCHENK *l. 2. obſſ. de mammill. 13.* Sic *Auguſtinus NIPHUS comm. ad l. 3. de animal. c. 20.* illud in filio ſuo vidit, citante *REIES l. a. n. 9.* & BARICELLUS *in Hortulo Geniali p. m. 323.* in duobus ſuis filiis à partu ſtatim, uti & in aliis quoque infantibus aſſeverat. Conf. *Joh.* RHODIUM *Cent. 2. obſ. 37.*

§. 25. In Viris, Juvenibus ac Pueris res iterum vero verior depre-
henditur. Teſtes laudamus ARISTOT. *III. H. A. 20. & l. 12.* EBN-SI-
NAM *l. 3. Can. ſen. 12. tract. 1. c. 3.* COSTÆUM *adnott. ad h. l.* & iterum
EPN SINAM *13. de animal.* ap. MERCURIAL. *l. 3. de morb. mul.* & *Thom.*
BARTHOLIN. *A. R. l. 2 c. 1. Nicolaum* NICOLUM *Flor ſerm. VII. tr. 1.*
*ſumm. 2. c. 39.* VESALIUM *l. v. c. 18. Hier. Fabr. ab* AQUAPEND. *l. 3.*
*Pentateuch. Chir. c. 13.* (ap. SCHENK.) atque *Hieron.* EUGUBIN. *l. de*
*lacte* ap. SCHENK. REIES & SINIBALD. ALBERT. M. *l. 3. de animal.*
*c. 9. A.* LAURENT. *l. 2. Anat. c. 2.* CARDANUM *S. x. aphor. 37.* (ap.
P. ZACCHIAM) & *l. XII. de ſubtilit.* (ap. BEVEROVIC *p. m. 36.*) *Mar-*
*cell.* DONAT. *l. VI. hiſt. med. mir c. 2. p. m. 6.0. H.* ARNISÆUM ap.
*Th.* BARTHOLIN. *Ciſta Med. p. m. 377. Greg.* HORST. *tom. 1. Oper.*
*med. J. N.* STUPAN. *Comm. in aphor. p. 53. J. B.* SYLVATICUM *in con-*
*trov. med. 69. paullo ante med.* (ap. P. ZACCHIAM) *Th.* BARTHOLIN.
*C 3. Epiſt. 38. Th.* CORNEL. *Conſent. p. m. 222.* DEUSING. *de Lacte*
*ſect. 1. §. 25. Joh.* RHODIUM. *Joh.* BETTUM *de natura ſang. c. 1. ſ. 1. §. 6.*
BECKERUM *med. microc. l. 1. c. 6. Jacob.* PONTAN. *comm. ad Virgil.*
*Ecl. 3.* ZWINGER. *in theatr. V. H. f. m. 295. Valeſc. de* TARANTA *in*
*obſſ. rar.* à DODONÆO *Collect. p. m. 214.* JONSTON. *in Thaumatogr.*
*claſſ. x. c. 5. art. 2.* Denique multis auctoribus rem peragunt REIES *q. 47.*
*n. 9 ſeqq.* atque SINIBAD. *Geneanthrop. l. 4. tr. 2. c. 6.*

§. 26. Experientia protinus totam componit litem variis exem-
plis. Tale Syri cujusdam filium lactantis eſt ap. *Alex.* BENEDICT.
*l. 3. Anat. cap. 4.* In Flandro obſervavit WALÆUS (ap. *Th.* BAR-
THOLIN.) in Calabro SANTORELLUS (*ap eund.*) In alio SINIBALD.
*l. 4. tr. 2. c. 6.* In cive Briſacenſi *Joh. Conrad.* SCHENKIUS (ap. Paren-
tem J. SCHENK. *l. 2. de mammill. obſ. XI. & ap. Th.* BARTHOLIN. *in*
*Ciſta p. 255.*) Non ſemel vidit *DEUSING. de Lacte §. 25.* Vidit quo-
que P. ZACCHIAS *l. 1. t. 3. q. 1. n. 21.* In Doctore juniore Medicinæ
Regiomonti conſpexit A. C. 1641. CL. D. D. *Simon.* SCHOLTZ *obſ.*
*135. Ann. II Ephem. Germ. Cur.* Scholæ Brunſuicenſis quendam alumnum
vidit *Joh.* JACOBI *in problem. miſcell. q. 49.* qui quoties vellet lac ex pa-
pillis exprimebat. Virum agnoſco, ſcribit BORELL. *C. 1. obſ. 49.* qui
lac è mammis coram me effudit Commilitonem talem A. C. 2610. Pa-
riſiis habuit P. LAUREMBERG. *Acer. Phil. Cent. 3. Hiſt. 82.* Sic *Mich.*
RUCCERUS *Prof. Tybing. com. in V. aph. 51.* vidit virum mammoſum
preſſu lac emittentem Tubingæ ap. Celeberr. *D. D. G. H.* VEL-
SCHIUM, *Fautorem ac Amicum noſtrum honoratiſſ. Chil. 2. Exoter. Cur. &*
*obſſ. 302.* Ita frater minorennis illius puellæ lactantis in Bleckingia
Scaniæ



Scaniæ ubertate lactis turgidas produxit papillas ap. *Th.* BARTHOLIN.
*A. R. l. 2. c. 1. & C. 1. hiſt. 27.* Conf. quoque *Chriſtoph. à* VEGA *comm.*
*ad V. aph. 39.* Immò de tota talium virorum gente lege *Renuardum*
CYSATUM *de Inſul. Japon. &c. Germanice ap.* J. SCHENK. *obſſ. l. 2. de*
*mammill. obſ. XI. f. m. 305. a. &c.*

§. 27. Nec obſtat, quicquid pro negativa hujus ſententia propo-
nit *Hier. MERCURIAL. l. 3. de morb. mul. in præfat. ubi*, quæ *Ariſtoteles*
& *Ebn-Sina* de eo dicunt, pro fabuloſo aut ſaltim oſtento habet. Sed
ratiunculæ ejus ſunt invalidæ; & exemplorum copia, certitudo atque
claritas ſatis eſt pro illo convincendo. Nec nos moveant verba AU-
CTORIS *libri de Glandulis, περὶ ἀδένων* (nec enim Hippocratis ſed junio-
ris cujusdam eſſe propter ſtilum & mentem credit GALENUS; Conf. *M.*
SEBIZ *diſp. I. de Pilis probl. VI. §. 10.* Nec ab *EROTIANO* inter Hippo-
cratis libros in proœmio accenſetur; tolerat tamen *Anut.* FOESIUS *com.*
*ad dict. libr. f. m. 125.*) *f. m. 55.* dicentis: Ποιέουσι μὲν (ſcil. γάλα) αἱ γυναῖ-
κες, οἱ δὲ ἄνδρες οὐ ποιέουσι. i.e. *Faciunt quidem mulieres (lac) viri autem non*
*faciunt.* Cum Auctor loquatur de illo quod ſollemniter ac frequentiſſime
fit ideoq; recte excuſatur à Cl. *Sim.* SCHOLZIO *Ann. II. Ephem. Germ.*
*Cur. obſ. 135.* in quo prævium habuit ſummum ARISTOT. *III H. A. 20.*

§. 28 De brutis maſculis παρ᾽ ἀλλήλως liceat quædam interſpergere.
Capri lac exſtillantis exemplum legitur ap. ARISTOTEL. *III. H. A. 20.*
idemq; proli ejus capri maſculæ evenit; teſte *eodem ibid.* atque ex eo LAU-
REMBERG. *l. a. & infiniti alii* Parilem hiſtoriam habet *Franciſcus* XA-
VIERIUS *l. 2. Epiſt. 3. ap.* ALDROVAND. *de biſulcis c. 9. & ap. C.*
*SCHOTT. Phyſ. Curioſ. l. 8. c. 26. §. 8. p. m. 1006.* atque *REIES q. 47. n. 12.*
Tres tales uno eodemq; tempore in Bohemia à ſe viſos peculiari Epiſtola
ad Caſp. Peucerum teſtatur *P. A. MATTHIOLUS l. 3. Epiſt. 26 p. m.*
*406.* qui ipſe lac emulſit una cum aliis curioſis; additque profuiſſe Epile-
pticis; magis tamen infantibus, & conteſtatur idem PEUCERUS ap.
*Marcell.* DONAT. *l. VI. c. 2. Cælius* quoque CALCAGNINUS *in Epiſtol.*
*l. 1. ad Comitem Thomam Nepotem* idem duobus catulis accidiſſe affirmat,
teſte SINIBALDO *Geneanthrop. l. 4. tr. 2. c. 6. & CREIES q. 47. n. 13.*
Denique *Th. BARTHOLIN. C. 3. Epiſt. 38. p. m. 142.* ait: *Ruſtici cujus-*
*dam mei pullus equinus lac tanta copia profudit, ut pro ipſo alendo ſatis eſſet.*
Additque *pag. ſeq.* *In ovilibus noſtris res notiſſima eſt, frequenti contrectatione*
*papillarum agnellos mulgeri poſſe.*

§. 29. Sed pergimus paucis ad brutas femellas. Vaccæ virgineæ
mulgentur antequam initorem bovem admiſerunt, teſte experientia &
BOCERO ap. KORNMAN. *de jure virgin. c. 9. p. m. 18.* Denique mula


ſterilis

ſterilis aliam parvam aſina editam lacte ſuo alebat vidente NIEREMBERGIO *l. 9. Hiſt. Natur. c. 68.*

§. 30. Concludimus ergo ſalva integritate, & abs ulla imprægnationis ſuſpicione in mulierum mammis lac inveniri poſſe, & quidem genuinum ac verum. Sed raro hoc contingere aſſerimus cum Cl. *JONSTONO; Fautore ac Amico noſtro, dum viveret honoratiſſimo in thaumatogr. claſſ. x. c. 5. art. 2. in fine.* Conf. omnino quoque *Fr. RANCHIN tr. de morb. virgin. ſect. 1. c. 16.* quamvis non adeo admodum rarum eſſe, propter experientiæ frequentiam, haut male ſcribat Celeb. *Th. BARTHOLIN. in Ciſta Med. locul. 23. p. m. 254.* Tantum ergo abeſt ut noxam integritati afferat, quin idem lac in virginibus & innubtis eſt laudabilis naturæ ſignum; ceu cenſet *J. C.* DIETRICH. *diſſ. ſollemn. xxii. θ. 8. Gieſſæ 1618.* ſecus ac *J. T.* SCHENK; qui *diſſ. de natura lactis art. 4. §. 1.* ait: *In non gravidis, ut in virginibus, cum apparet, morbi ſignum exſiſtit, non ſecus atque cum lactantibus deficit.* Verum ego utrobique diſtinguendum puto.

§. 31. Addimus tamen hoc apprime notandum; quod ad inſtantiam vulgi creduli; muliercularum imperitarum; obſtetricum ſimpliciorum (his enim earumque fide non ſemper ſtricte adeo ſtandum eſt, uti recte contra *MASCARDUM concl. 1130 n 30.* & *Jodoc. DAMHOUDER.* probat *SITON. in Miſcellan. Curioſ. tract. LI. p m. 359.* & Cl. *AMMANNUS Med. Critic. diſcurſ 95. p. m. 475.* quia ſæpe manus & oculus fallit obſtetricem, per *text. in cap Cauſſam matrimonii, & cap. Nec aliqua 27. q 1.*) aliorumque minus hujus rei gnarorum; non ſtatim, ſi cjusmodi lac deprehendatur, vel in virgine, vel in vidua, vel alia muliere; de imprægnatione, vel læſa pudicitia pronunciandum ſit.

§. 32. Ideo etiam bis pro talibus inſontibus pronunciavit FACULTAS NOSTRA. Nim. ſemel A. C. 1674. pro juvencula 16. annorum zu O. Et iterum nuper hoc anno 1678. m. Febr. pro vidua 35. ann. itidem zu O. utrobique menſibus ad annum ferme ſubpreſſis. Et non ſine ratione poſteriori reſponſo adnectebamus hæc verba: Als können wir inn Ermanglung kräftigern Beweistums ſolche nicht pro gravida weniger pro puerpera erkännen. Siquidem graviora deinde emerſerunt indicia & ipſa reæ confeſſio.

§. 33. Et ne plane pro confeſſo admittamus, quod ſuperius à variis Viris eruditis in contrarium fuit allegatum, eia hac vice tentabimus, quid vires valeant in reſponſione ad eorum placita, ubi prius proteſtor me plane nihil in optimas perſonas dicturum eſſe; quin cordati eſt videre non quis, ſed quid dixerit quisquam.

§. 34. PHILOSOPHORUM argumentatio videtur ſaltim id adſtruere



ſtruere quod ordinarie aut ſaltim frequentiſſime accidit, ἁπλῶς enim vera non eſt hypotheſis. Hinc *Clemens* TIMPLERUS *l. 3. Metaph. c. 4. p. m. 457.* lac in mammis Virginis repertum ait eſſe ſignum partus, ſed ſaltim externum contingens, quod nim. incerto illud ſignificet. Nec illos juvare poteſt tutela ARISTOTELIS; depravate etenim locum allegant; &, quod maxime illos ferit, videntur ſtudio omiſiſſe: clariſſimis enim & expreſſis verbis addit Philoſophus: ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Quod & bene animadvertit *Ol. WORM* ap. *Th. BARTHOLIN in Ciſta Med. p. m. 253.* atq; de cetero hoc poſſe adclamari ſeverioribus Philoſophis: *Ne ſutor ultra crepidam.* Additq;: *Aut ſe intra limites ſuos contineant, aut accuratius ſuum evolvant Ariſtotelem; qui & de his & aliis melius eos erudire poteſt: aut credant artificibus in ſua arte, & tum demum de rebus cognitis & perſpectis judicent & pronuncient.*

§. 35 PHILOLOGIS quod reponamus, facillime habemus ad manus; ſiquidem à nomine non firma ducuntur argumenta, uti recte docet SCHEIBLER. *tr. ſyllogiſt. c. 15. §. 15.* Verum interim maneat illud EPICTETI: ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, i. e. *principium eruditionis eſt nominum trutinatio*; cui facem quoque præluxerat PLATO *in Gorgia:* ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα i. e. *qui gnarus vocabulorum, gnarus etiam eſt rerum.* Verum plus juſto ſe torquere circa nomina; eſt nubem præ Junone amplecti. Quin potius cordi inprimenda illa Hoſpitis ad Socratem admonitio ap. PLATONEN *in Politico:* καλῶς γ' ὦ Σώκρατες, κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. i. e. *Recte ô Socrates. Si ita perſeveraveris, ut parum ſis ſolicitus de nominibus, ditior ſapientia ad ſenectutem pervenies.*

§. 36. Quin immo iſta EUSTATHII derivatio non omnibus numeris perfecta eſt, ſiquidem alii ſentiunt aliter. Lubet curioſitatis ergo (nec enim magni facio, cum pleraque fiant per alluſionem; ſintq; vani cerebelli haut raro figmenta) adducere quatuor etymologias ex ETYMOLOGICO *M. f. m. 454 (Edit. Fr. Sylburg. 1594.)* ubi hæc: Παρθένος· παρὰ τὸ παρακαλαθέειν τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, ἢ παρὰ τὸ παραθέειν τῇ μητρί, ὡς ὁ ποιητής:

--- ἤθ' ἅμα μητρὶ θέουσ' ἀνελέσθαι ἀνώγει.

ἢ παρὰ τὸν θήσω μέλλοντα γίνεται θήνη, καὶ μετὰ τῆς παρὰ προθέσεως παρθήνη, καὶ κατὰ συγκοπὴν, παρθένος, ἢ περὶ ταύτην τὴν ἡλικίαν οὖσα, καθ' ἣν ὥραν ἔχει ἐκθρέψαι καὶ ἐκθῆσθαι μαζούς: (*Frid. SYLBURGIUS in nott. ad h. l. f. m. 39* inquit: *Melius* ἐκθῆσαι μαζούς, *ut colligere licet ex 450. 26.*) ἣν ἡ φύσις ἔταξε, τὰς γοῦν μικρὰς παῖδας οὐ προσαγορεύουσι παρθένους, ἀλλὰ τὰς ἤδη ἐπὶ τὸ γυναῖκας μέλλειν ἰέζας. οὕτω Φιλόξενος. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς, ἡ παρ' οὐδενὸς οὐδὲν λαβοῦσα εἰς ἕδνα. hoc eſt: Παρθένος *dicitur* (1.) à παρακαλαθέειν ab

*ab excedendo, videl. puerilem ætatem.* (2.) *aut à* παρθεῖν, *id eſt accurrere ſcil. matri; uti* Poeta:

— *quæ una cum matre currens jubet tollere*

(3.) *aut à futuro* θήσω *fit* θήνη, *& præpoſita particula* παρά, *fit* παραθήνη, *& per ſyncopen* παρθένος, *quæ in hac ætate exſiſtit, qua tempus* (vel venuſtatem) *habet, nutriendi & exponendi mammas quod natura ordinavit. Parvas igitur puellas non ſalutant virgines, ſed eas, quæ jam ſunt nubiles; ſic* Philoxenus. (4) Herodianus *vero, quæ nondum ab ullo accepit munera ſponſalia. Cadmus Græco-Phœnix M. MARTINII p. m. 1245.* derivat à πάρθη i. e. Virgo, auctoritate SUIDÆ, qui *ex Epigrammatibus* affert verſum:

— ὁ δ' ἄντλος ἵσατο πάρθης.

Qui verſus etiam in *Suida* ita citatus invenitur in voce Πάρθη. Sed hic in eo diſſentit à MARTINIO, & nomen proprium eſſe contendit. Immo MARTINIUS *l. a.* opinatur à פּוֹרָת poráth; quod Hebræis eſt fructifera. Ita erit nubilis. Sed vereor ne μικρολογία περὶ τοῦ ὀνόματος nobis objici poſſit.

§. 37. JCTIS pari ratione reſponderi ſpoteſt. Nim. fieri ſæpiſſime, ſed non ſemper, ut quæ lac habeat; imprægnata fuerit. Vid. *Thom.* METZGER *Conſ. Crim. xv. n. 108.* ap. C. MANZIUM *ad* P. H. O. ZANGER. *n. 169.* GILHAUSEN. MASCARD. *de prob. concl. 1215. n. 10.* Et obiter heic notamus locum ex QUINCTILIANO à MENOCHIO allegatum ſupra §. 5. in fine; illud non innuere; ſed ſaltim hoc; illam nim. neceſſario coiiſſe cum Viro; quæ peperit.

§. 38. Verba quoque ORDIN. CRIMIN. *art. 36.* hoc non ſtrictiſſime volunt, ſed addunt eſſe eine ſtarke Vermutung. Et quid multis? Expreſſe ſubnectitur: Nachdem aber etliche Leib-ärzte ſagen/ das auß etlichen natürlichen Urſachen etwan eine/ di kein Kind getragen/ Milch inn den'n Brüſten haben möge; Darum/ ſo ſich eine Dirne inn diſen Fällen alſo entſchuldiget/ ſoll derhalben durch di Hebammen/ oder ſonſt weitere Erfarung geſchähen. Conf. etiam *Matth.* STEPHAN. *ad h. l.* it. CARPZOV. *prax. crimin. part. 3. q 122. n. 23. & 24.* Nim. Ex HIPP. *V. aph. 39.* volunt deducere & confirmare *Jac.* MENOCH. *de præſumtt. l. 1. q. 3. n. 4. Bernh. ZIERIZ. ad Crim. Ord. Car. art. 36. M. STEPHAN. &c.* Hinc BALDUS *in rubr. de prob. ap. KORNMANN.* ait; *Femina* præſumitur *eſſe prægnans, ſi habet lac.* Heic ait (1.) præſumi (2.) femina; non virgo. Quamvis ARNISÆUS ap. *Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta p. 376.* dicat BALDUM hoc dare tanquam violentæ præſumtionis exemplum. Hinc recentiores JCti ALCIATUS, MENOCHIVS, MASCARDVS, CARANZA diſtinguant inter violentam præſumtionem (talis eſt QVINCTIL.



CTIL. *l. V. Inſt. or. c. 9.* e. g. peperit, ergo coivit) & vehementem, qualis eſt hæc præſens, teſte ARNISÆO *ibid. p. 377.*

§. 39. Quæ producuntur §. 7. conſuetudines; hæ peſſimæ vocantur à Cl. *Ol. WORMIO in reſponſ. ad Haſebardum ap. Th. BARTHOLIN. in Ciſta Med. p. m. 252.* Nim. ſola mammarum inquiſitio non ſufficit; ſed reliqua quoque requiruntur ſigna. Adeo recte totam rem limitavit Celeb. *D. D. TEXTOR. Conſil. Elect. Palat. & Prof. Prim. Fautor, Compater atque Collega honoratiſſimus in ſuis ad me prid. Id. Decembr. 1678.* hiſce: *JCti de lacte in mammis Virginum reperto communiter in* Ord. Crim. Carol. art. 36. *ubi ex naturalibus cauſſis, veluti ſubpreſſis menſibus &c. provenire poſſe docent ſalva virginitate. Quoniam tamen, ſi infans occiſus reperiatur, & hujusmodi præſumta virgo, quæ ſc. pro virgine ſe gerit, lac habeat in mammis, ſuſpecta res eſſe ſolet, tanquam quæ non plerumque accidat, concurrentibus aliis ſuſpicionibus, & obſtetricum recentis puerperii relationibus juratis, ad torturam deveniri poteſt & ſolet.* Conf. quoque *GILHAUSEN. in nott. ad* P. H. O. *& ZANGER. num. 169. ap. Caſp. MANZ. ad* P. H. O. *art. 37. §. 1.*

§. 40. Majorem refutandi apparatum requirunt MEDICI. Qui allegatur Galenus §. 8. non eſt, utut ita alleget *REIES q. 47. n. 6.* Hinc *LINDENIUS*, non ut Galeni, ſed incerti auctoris in *ſelect. Med. IV. §. 80.* Immo inter ſpurios; τὰ νόθα refertur *in Edit. Græc. & Latin.* ut & à *LINDEN. l. 1. de ſcribt. Med. p. m. 128.* atque à *Joh. Bapt. MONTANO.* Et doctiſſ. *Achill. Pyrm. GASSARUS*, Lindavienſis, ſua manu adſcribſit rubricæ hujus libri; (aſſervatur in Bibliotheca Vniverſitatis noſtræ) hæc verba: G. Budæus *librum hunc* Plutarcho *Chæronco adſcribit, eumque in latinam linguam traducens.* De Placitis Philoſophorum *intitulavit.* Et ferme hæc eſt ſententia *Conr. GESNERI in Catalogo I. Librorum Galeni.*

§. 41. Hoc præterea adnoto, locum illum Græcum mire eſſe deturpatum. Siquidem pro τοίνην videtur ponendum τοίνυν igitur, ut connectatur cum prioribus. Porro: ἀξίωμα ἐν &c. non eſt præloquium mentis. Sed ἀξίωμα in ſanitate copulatum, conjunctum, connexum. Rurſus: καὶ ὑγεμένον reddit: antecedens. Ergo legendum ἡγεμένον; nam ἡγεῖσθαι eſt antecedere. Iterum τοῦ λήγοντος, forte, pro λέγοντος. Locus eſt obſcurus. Dein: ὑπομνηστικὸν μὲν ἐστιν, Interpres male: Oſtendunt: Sed ſignum admonitorium. Quamvis ratione ſenſus res eodem redeat. Adhuc ſemel e οὗτο γὰρ ἰδόντες; puto: τοῦτο (ſc. σημεῖον) illud conſpicati. Tandem: τε τοκυῖα ἐστί. Arbitror legendum per connexionem: τετοκυῖα: τετοκὼς enim eſt participium; quæ peperit. Paucis: locus eſt vitioſus.

§. 42. Præterea verſio Latina eſt in eadem navi cum Græcis. *Andreas LACUNA. in præfat. hujus libri* [quem ſeorſum interpretatus eſt, & edidit

edidit *Coloniæ 1543. in 8.*] inquit; exſiſtere etiamnum veteris cujusdam interpretis translationem hujus libri, ſed barbaram & infelicem, quam *Martianus* ROTA ſecutus ſit, allegante *Conr. GESNERO in Catalogo I. ſeu Enumeratione librorum Galeni.* Conabor ita reddere locum: Signorum vero alia ſunt oſtenſiva ſeu demonſtrativa; alia autem admonitoria. Admonitorium quidem eſt quod ſic annexum eſt rei ſignificatæ, ut eo ipſo quo apparet, nos ad cognitionem rei ipſius deducat, quale ſignum eſt in fumo, quo viſo ſtatim cognoſcimus, quod ex igne factus ſit. Oſtenſivum vero eſt ſignum, quod non prius obſervatum, quo ſigno apparente, in cognitionem ſigni non venimus, ſicut in habente lac ſtatim cognoſcimus, quod pepererit.

§. 43. Nequaquam etiam admittenda eſt limitatio *H. ARNISÆI qui ſupra §. 8. in fine* diſtinguit inter τὸ peperiſſe; & τὸ concepiſſe; hoc argui à præſentia lactis, non itidem illud. Quin immo ſi mares ſi pueri ſi infantes verum præbuerunt lac, quis iſtos concepiſſe ſomniabit?

§. 44. Nec lac iſtud plane fruſtra eſt. Nolumus autem in hoc tueri partes C. à REIES, qui *q. XLVII. n. 6.* concludit quandoque lac generari in mammis, pro earum proprio nutrimento, ſiquidem veluti teſtes ſemine, ventriculus (ut multi volunt) chylo, ita mammę lacte nutriantur. Miror certe, quod non addiderit (quod ferme melius poterat) oſſa medullis ſuis nutriri. Verum hæc viri maxima eſt, atque tergemina *τῆς διανοίας ἀῤῥωστία.*

§. 45. Sed inquiramus in egregias iſtas hypotheſes. Teſtes ſemine nutriri, quis unquam opinabitur? Scribit equidem C. BARTHOLIN. *in Inſtat. Anat.* quod teſtes convertant ſanguinem præparatum in ſemen, quod pro conſervanda ſpecie requiritur, quod vero ſupereſt, in teſtium nutritionem abeat. Verum Clariſſ. ejus Filius *Thom.* BARTHOLIN. *in A. R. l. 1. c. 22.* limitat hoc; aitque: *Quod ſupereſt, vel regreditur per venas ſpermaticas ad cor, vel in teſtium nutritionem abit.* Sed locus de ſanguine adhuc, non de ſemine jam elaborato intelligendus eſt. Cl. J *T.* SCHENK. *ſchol. part. ſect. 1. part. 2. C. 1. p. m. 9.* lac, ſemen, atque chylum nutrire ait; Verum addit: Per accidens, quatenus in ſanguinem abeunt. Immo *id ib. cap. 2. p. m. 10.* addit; *Quod ſemen ſpectat, rectiſſime illud veteres excrementum, ſive ſuperfluũ ultimi alimenti partiũ, quod ſane nil niſi ipſe etiam ſanguis eſſe poteſt, nuncupaverunt, quod tantum abeſt, ut dum generat, nutrire ſimul dici non poſſit. &c.* Pariter *Æmilius* PARISANUS *in Exercit. de ſubtilitate* quod in teſtibus ac paraſtatis elaboratur non eſſe verum ſemen; interim elabi ſimul cum vero; ut nim. nutrimenti loco in utero primis diebus fetus primordiis concurrat; quam ſententiam ex eodem repetit MOEBIUS *in Fund.* *Phyſiol.*



*Phyſiol. c. 19. p. m. 492. ſeq.* RIOLANUS *pater in univ. Med. Comp. ſ. IV. Phyſiol. c. 7.* ait omnes partes nutriri ſanguine; verum carnoſas immediate; reliquas mediate; & ita, cum ſeminalis liquor nihil ſit, quam coctione & partium ſolidarum alteratrice dealbatus ſanguis; ideo partes ſpermaticæ hoc nutriuntur quidem immediate, verum ſanguine mediate.

§. 46. Sed natura fruſtra tot vaſa, loca & alia ſeminis elaborationi deſtinaverit? Neutiquam. alius ſemini eſt finis, ac nutritio. Hæc enim tamdiu perennat; atque ipſe homo vivit; Vide ARISTOT. *l. de Vita & Morte c. 18.* C. HOFMAN. *Inſt. II, 13. 13. & III. 3. 6. atque 9.* & J. v. HORNE *Microcoſm. §. 10.* ſemen vero non item. Ut alia plura taceam.

§. 47. Ventriculum chylo nutriri aliquot ratiunculis ſtabilire ſuſcepit *Fr. VALLESIUS l. 1. controverſ. c. 14. f. m. 44.* Conſentit CÆSALPIN. *l. VII. ſpecul. art. med. c. 1.* Et ex parte EBN-SINA atque FALLOPIUS; item GALEN. *l. 3. Fac. Nat. c. 6. Alex.* BENEDICT. *Anat. l. 2. c. 10. in fine. Joh.* RIOLAN. *Pater in Univerſ. Med. Compend. Phyſiol. ſect. 7. c. 2. p. m. 186.* qui tamen *ibid. ſect. 4. c. 7. p. m. 85.* quodammodo limitat.

§. 48. Verum rectius hoc negant alii Viri Clariſſimi, fortioribus instructi rationum telis; quæ apud ipſosmet invenire eſt; nempe *A. LAURENT. Anat. l. 1. q. 28. C. BARTHOLIN. controverſ. anat. de infimo Ventre q. 8. SENNERT.* atque C. HOFMAN. *Inſt. II. 30. 8. & ad Galen. de V. P. l. 4. n. 200. & de uſu lienis c. 21. Iterum l. de Humoribus c. 11. M. SEBIZ. Faſcic. Med. VII. §. 18. & diſp. VIII. in Galen. A. P. coroll. 12. Thom. REINES. Epiſt. 47. ad Neſteros p. m. 89. DEUSING. Exerc. de Chylif. §. 34. MOEBIUS in Fundam. Phyſiol. c. V. p. m. 50. J. U. MULLER diſp. de Mania coroll. 2.* & quidem large atque docte Cl. *Bern. SWALVE in Ventric. Querel. & Obprobr. p. m. 34.*

§. 49. Oſſa denique nutriri ſua, quam intus habent, medulla aſſeverant non pauci illecti auctoritate Magni HIPPOCR. *qui l. de alim. plane in fine* ait: Μυελὸς, τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται. i. e. medulla oſſis alimentum, ideo callo firmatur. GALEN. *III. Fac. Nat. 15. & IX. V. P. 18. & II. 16. & l. de inæqu. intemp. 2. Fr. VALLES. l. 1. controv. c. 14. p. m. 44. RIOLANUS Pater in Univ. Med. Compend. ſ. IV. Phyſiol. c. 7.* Et *Filius in Enchirid. Anat. l. 6. c. 4. & in Iſagog. de oſſib. c. 3. C. BAUHIN. Anat. l. 3. c. 17. & l. 4. c. 40. FALLOP. de ſimil. 4. COSTÆUS 3. Phyſiol. diſquiſ. LAURENT. 2. anat. q. 4. VESAL. de H. C. F. l. 1. c. 1. LAUREMBERG. coll. anat. exerc. 12. § 32.* fuſiſſime MAGIRUS *Phyſiol. l. 5. c. 9. Gr. HORST. de nat. hum. Exerc. 4. q. 7. Vidus* VIDIUS *anat. l. 2. c. 1. Thom. Rodericus* VEIGA *art. med. c. 62.* LINDENIUS *Med. Phyſiol. p. 761.*

 *JOUBERT.*

*JOVEERT. quæſt. de Paralyſi p. m. 29.* Immo ipſe Cl. *Thom.* BARTHOLIN. *A. R. libell. IV. c. 1.* ait: *Nutriri oſſa hac medulla, indicium eſt, quod oſſa per diuturnam elixationem in gelatinam quandamque chyloſæ videtur ſubſtantiæ, reſolvantur.*

§. 50. Sed nec hoc abſolute ab omnibus ita conceditur. Hinc conatur effugium quærere *C.* HOFMAN. *not. ad Gal. XI. V P. 18. n. 847.* inquiens: *Cum omnes partes alantur ſanguine, quemadmodum etiam conſtant ſanguine: qui concedi poſſit, quasdam ali non ſanguine? Reſp. ex* Ariſtot. 2. part. 6. *quod vulgo medulla dicitur, totum ſcil. id quod in cavitatibus oſſium eſt, non eſt ſola medulla ſeu pinguedo: ſed eſt pinguedo ſanguini permiſta. Vera igitur nutritio fit ſanguine, qui, ut* Ariſtot. *loquitur,* ἐμπεριλαμβάνεται, ſimul medulla continetur *in oſſibus, analoga, qualis alias à pinguedine præſtatur partibus ſiccioribus & frigidioribus, ab ipſa medulla ſeu pinguedine. Debuerunt autem oſſa, præ omnibus aliis partibus hoc analogico modo perpetuo humectari & calefieri, ultra, inquam, nutritionem, ſeu humectationem, calefactionemque ſubſtantificam, quam alimentum præſtat, quia præ omnibus aliis ſicciſſima ſunt & frigidiſſima.* Repetit Cl. Vir *tr. de partibus ſimil. c. 17. p. m. 97.*

§. 51. Et recte negant oſſa ſuis medullis nutriri ARISTOTELES *H. P. A. 6.* aliiq; peripatetici, qui medullam excrementum potius eſſe oſſium volunt, allegante *Th.* BARTHOLIN. *A. R. libell. IV. c. 1.* Pro excremento pugnat quoq; GLISSONIUS *tr. de Rachitide c. 13.* inprimis, quia in grandiore ætate augetur medulla, minor eſt in junioribus: Sed grandiora oſſa minus indigent, quia nutriuntur, non augentur amplius. Conf. quoq; WHARTON. *adenogr. c. 3. p. m. 10.* & BLASIUM *ad Vesling. anat. p. m. 16.* *Adr.* SPIGEL. *de H. C. F. l. 2. c. 4.* EICHSTAD. *coll. anat. diſp. 2. q. 5.* SPERLING. *Anthropol. Phyſ. l. 2. p. 1. c. 3. q. 2.* KYPERUM *Anthrop. l. 1. c. 16. §. 28.*

§. 52. Repetimus ergo ex §. 44. aſſertum, dicendo, ſcopum lactis non ſemper infantis eſſe nutritionem: ſiquidem hoc in paſſu natura principaliter ſuperflui expulſionem molitur, teſtibus Celeb. *Ol. WORM.* & *Joh.* BEVEROVIC. *quæſt. epiſtol. p. m. 36.*

§. 53. Nec famoſus ille ſupra §. 10. uteri cum mammis conſenſus; conſenſum apud me obtinere hactenus potuit. Vulgo equidem lactant quidam niſi omnes veterum Anatomici; venas mammarias dictas atque epigaſtricas vel per anaſtomoſin vel alio modo ita conjungi, ut utriuſque inde reſultet partis conſenſus vide PHILOTHEVM *Comm. ad V. aph. 39. p. m. 95.* *C.* BAVHIN. *anat. l. 2. c. 4. p. m. 108.* GALEN. *de diſſect. venar. c. 8. & XIV. V. P. 8.* Conf. SYLVIUS, FALLOP. RIOLAN. *Thom.* CORNELIUS *Conſentinus progymnaſm. VI. p. m. 219. ſeq.* ex HIGHMORO. *M.* SEBIZ.



SEBIZ. *de alim. l. 3. c. 7. Joh.* MATTH. *q. 14.* GORRÆUS *voce* γάλα *f. m. 63.*

§. 54. Verum; inſuper uti multi boni & accurati iiq; oculares teſtes de illa anaſtomoſi aut plane dubitant, teſte LAURENT. *l. 1. q. 14.* ſic eam ridet VESALIUS ap. BAUHIN. *anat. l. 2. c. 4. in margine Th.* BARTHOLIN. *l. 2. A. R. c. 1. J. T.* SCHENK. *diſſ. de Lactis natura art. 6. §. 1.* Immo has vias ſatis ineptas, naturæque incognitas (ſcilicet ſub rectis abdominis muſculis ab utero ad mammas) exclamat Cl. Anatomicus *M.* HOFMAN. *diſp. de lacte membr. 1. §. 4.* (Altdorff. 1673.) additque mirum eſſe, ex recentioribus magni nominis Medicos nonnullos eorum veſtigia ſequi: ſiquidem ipſe demonſtravit iſthæc vaſa neque ab utero, neque à mammis proficiſci (& quodammodo jam olim *A.* LAURENTIUS *l. 1. anat. q. 14.*) neque ad uterum neque ad mammas deſinere, ſed & in viris, & in brutis quoque obvia eſſe, ubera in pectore non geſtantibus. *Id. Ib.* §. 16. pergit; Vias iſtas peculiares à nullo unquam Anatomico, neque Hippocrate ipſo hactenus obſervari potuiſſe. Aut ſaltim rariſſime concedunt; vide *Th.* BARTHOLIN. *A. R. l. 1. c. 6. & l. 2. c. 1. & de lacteis thorac. c. 18.* Immo HIGHMORUS notat non conjungi venas cum venis, ſed arterias mammarias deſcendentes cum venis epigaſtricis deſcendentibus, & arterias epigaſtricas adſcendentes cum venis mammariis deſcendentibus: quod negat BLASIVS, ait *Th.* BARTHOLIN. *A. R. l. 2. c. 1.* Rurſus idem Dn. BARTHOLIN. *l. de pulm. ſ. 1. p. m. 5.* ait viam ab utero ad mammas eſſe oculis nunquam manifeſtam. Conſentit Cl. *D. D. Joh. Ferdin* HERTODVS *in Ephem. Germ. Cur. Ann. 1. obſ. 6.* ita etiam eſſet petitio principii, poſito etiam venas iſtas coire; ſanguinemq; ſibi mutuo communicare; an ex eodem fiat lac. Cum multis menſes ſubprimantur, ſine ulla lactis præſentia. Hinc aliter & rectius explicat per vaſa lactea hunc conſenſum Cl. ROLFINKIVS *de part. genital. part. 2. c. 18.* Præterea tam ex veterum Galenicorum, quam recentiorum Harvejanorum (quorum tamen partes ſemper ſunt potiores) ſententia nullibi ſatis ſtatu minari poteſt, per venas à partibus aliis (excepto juxta veteres, hepate) aliquid recipi & beneficio venarum ad alias revehi (circulatio enim his eſt odioſa) uti hic ab utero ad mammas, ita Celeb. *Th.* BARTHOLIN. *A. R. l. 2. c. 1.* Vt taceam plures alias inſtantias, quas, uti in multis aliis, in cathedra potius dabimus; ne in librum excreſcat, quod diſputatio brevior academica debebat eſſe. Conf. interim omnino CHARLETON. *Oecon. anim. Exerc. III. §. 11.*

§. 55. Nec inde eſt lactantibus non fluere menſes. Sed quia chylus communis quædam materia & lactis & ſanguinis eſt, fit, ut ſi ſanguini aſſociatus fuerit pro menſium effluvio, lactis plerumque oriatur defectus; & viceverſa:

viceverſa: ſi lacti materiam ſubminiſtraverit, menſes ut plurimum deficiant: Geminæ enim evacuationi natura rariſſime ſufficit; ut utar verbis Cl. *M.* HOFMANNI *de lacte membr. 1. §. 16.* Conf. Celeb. *Dn.* AMMAN. *in Paræneſi ad diſcent. l. 1. c. 4. §. 16.* & BARBAT. *de ſanguine & ejus ſero p. m. 43.*

§. 56. Nec ignota mihi ſunt multarum feminarum exempla; quæ ſatis commode lactantes nihilominus menſtrua patiuntur. Aliquot novit *Rod. à CASTRO l. 4. de nat. mul. c. 10. SCHENK. l. 4. obſſ.* Poſſem heic Heidelbergæ duas feminas ſorores ἐνσχέχας allegare; item aliam Hebræam & plures: Sed impedit me *CHARLETON. Oeconom. animal. p. m. 30.* inquiens: hoc frequens eſſe.

§. 57. Pari modo ſe res habet cum multis imprægnatis; quibus nihilominus menſes niſi per totum geſtationis fluunt tempus; tamen per aliquot menſes, eosque priores; inde muliercularum error calculi, Sie verrechnen ſich. Vide *PLATER. l. 3. LOTICH. l. 5 obſſ. Epiphan. FERDIN. hiſt. med. 3. p. m. 8. Gr. HORST. l. 1. p. 2. obſ. 2, 39. & 46. Jac. SYLVIUS comm. de menſ. mul. BRASSAVOL. ad Hipp. V. aph. 60. COLUMB. anat. l. 12. p. m. 460. Horat. AUGEN. l. V. Epiſt. 1. c. 10. SOLENANDER. ſect. 5. conſ. 15. ap. J. SCHENK. l. 4. obſſ. 20. de gravidis. MERCAT. IV. mul. aff. 16. Lud. BONACIOLUS Ennead. mul. c. 5.* Quod vero communiter poſt conceptionem menſes non fluant: meliore ratione explicat *DEUSING. Exerc. de Lacte ſect. IV. §. 130. & ſ. 1. §. 21.*

§. 58. Ad §. 13. Objectiones facilis eſt reſponſio. Infantibus femellis; immo etiam pueris ac viris lac fuit in mammillis ſine menſium præſentia, aut ullo veneris ſtimulo, vide §. 24. ſeqq. Et vetulas tamen lactaſſe, docuimus § 22.

§. 59. Menſes ſubpreſſos effluxiſſe per mam̃as non tam graviter admiror; ac eosdem promanaſſe per OCULOS SCHENK *l. 4. obſſ.* ex BRASSAVOL. DODON. MERCAT. & Albert. Conf. *Chr.* FINGERLING. *in præfat. ad part. 2. obſſ. Horſt.* SENNERT. *Prax. l. 4. p. 2. ſ. 2. c. 11. Th.* BARTHOLIN. *C. 1. hiſt. 16. & 19.* per AURES BRASSAVOL. ap. Mœbium *in Fund. Phyſ. c. 20.* JONSTON. *Thaumatogr. claſſ. X. art. 2 c. 5.* per NARES BRASSAVOL. JONST. MOEB. *ll. a. a.* AMATVS *Luſit. c. 2. cur. 5.* per OS & VOMITVM BARTHOLIN. *l. a.* SALMVTH *c. 2. obſſ. 18.* HIPP. *l. 1. de morb. mul.* BENIVEN. JONST. It. ARETÆVS, *Rabbi* MOSES; BRASSAVOL. GALEN. AMATVS, RVLAND. PANAROL. HORST. & ROLF. ap. SCHNEIDER. *de Catarrh. l. 3. c. 8. p. m. 278.* per GINGIVAS, ZACVT. *Luſ. l. 1. prax. adm. obſ. 19.* & HORST. ap. SCHNEIDER. *l. c.* per MAXILLAS, MERCATVS &





*Nic.* MASSA ap. SCHNEIDER. per GENAS, *Th.* BARTHOLIN. *c. 1. hiſt. 13.* per DENTIS ALVEUM ex HEVRN. & HOLLERIO *Th.* BARTHOLIN. *c. 1. h. 16.* ex RONSSEO, SENNERT. *l. a.* per VMBILICVM; *Nicol.* FLORENT. *ſerm. 2. c. 8. Marcell.* DONAT. *hiſt. med. mir. l. 4. c. 26.* ZACVT. *l. 2. obſ. 92. & 101. J.* RHODIVS *c. 3. obſ. 49. J. D.* HORST. *manud. ad med. p. 1. c. 1. ſ 3. p. 87.* Conf. SCHENK. SENNERT. JONST. *l. a.* per INGVINA, HIPPOCR. *de morb. mul. t. 7. & 12.* ZACVT. *l. a.* per HEPAR & LIENEM, RONDELET. ap. SCHNEIDER. per PVLMONES DODON. & LANGIVS ap. SCHNEIDER. per HÆMORRHOIDES, BRASSAVOL. ap. SCHENK. MERCLIN. ap. HORST. *Jer.* BARTHIVS ap. SCHNEIDER. *J.* RHOD. *c. 2. obſ. 93.* per VLCERA & VVLNERA. MEICHSNER. & *Theoph.* PARACELS. ap. SCHENK. per VRINAM; BRASSAVOL. ap. SENNERT. & SCHNEIDER. SALMVTH *c. 3. obſ. 36.* per ANVM, HIPP. *l. 1. de morb. mul.* GALEN. *V. aph. 33.* PLATER. ap. *Th.* BARTHOLIN. *c. 1. h. 16.* BENIVEN. LANG. MVSA, CORDÆVS, RVLANDVS ap. SCHNEIDER. per VASA CVTIS PLATER. ap. SCHNEIDER. per MANVS *Th.* BARTHOLIN. *c. 1. h. 13.* per PEDES ZACVT. ap. *Th.* BARTHOLIN. *c. 1. h. 16. J.* RHODIVS *c. 3. obſ. 50.* per DIGITOS; MERCAT. *l. 1. de mul aff. c. 7.* VALES. *M. M. l. 2. c. 12.* JONSTON. SCHENK. BARTHOLIN. Nimirum ſanguis ad partes beneficio circulationis pervenit abs ulla electione; ſi nimius eſt, & in loco debito exitum non invenire poteſt, redundat in maſſam integram; & ubicumque datur; promte profluit; ceu dixi in nott. 6. ad diſſ. de hæmorrhoid. Ut ita heic mammæ nihil peculiaris habeant præ reliquis partibus in reſpectu ad uterum.

§. 60. Vtut quoque §. 15. lac per uterum aliquando effluxiſſe credamus, (quamvis inter inſolita hoc referat *J. T. SCHENK. diſſ. de natura lactis art. 4. §. 3.* cum *VESALIO*) tamen cautione opus erit; nec fluor albus mulierum; vel pus vel alius liquor pro lacte habeatur. Sed quæ ſunt viæ quibus lac ad uterum è mammis confluat? Nec enim credibile eſt uterum habere ſubſtantiam peculiarem & glanduloſam, uti mammas; cujus beneficio ſanguis (ſi Dis placet) in lac vertatur. Aut forte lac, jam in mammis tale præparatum eo defertur? Nullibi certe. Sed vias novas agnoſcimus venas lacteas ad uterum usque porrectas; quarum beneficio chylus ſive lac eo devenit; ceu hoc egregie & fuſe demonſtrant *HARVEI Exerc. de Uteri Membranis & humoribus. CHARLETON Oecon. anim. Exerc. III. §. 8 ſeqq.* Thom. *CORNELIUS Conſent. progymn. VI.* Cl. *Paul. AMMAN. in Paræneſi l. 1. c. 4. §. 16.* Celeb. ROLFINC. *de part.*

*genital. part. 2. c. 18. & 26.* præcipue autem DEVSING. *de Lacte ſect. IV. per totam & in Geneſi microcoſmi part. 3. ſ. 1. §. 31. ſeqq. & Exerc. de Chyli motu §. 52. & inſtit. anat. part. 7. c. 3. §. 16.* Th. *BARTHOLIN. de lacteis thorac. cap. X.* Quamvis vaſa chylifera ad uterum pertingere neget Celeb. *J. J.* WEPFERVS *ſchol. ad obſ. 129. Ephem. Germ. Cur. Ann. III.*

§ 61. Diſtinctio D. *Joh. MATTHÆI* de qua ſupra §. 16. inter lac verum atque mucum; poteſt ſuffulciri conſenſu Cl. *Hieron. BARBATI, qui de ſanguine & ejus ſero p. m. 40.* ſcribit; humiditatem, quæ è virorum puerorumq; papillis exprimitur, lac non eſſe; licet ob indigentiam, ſi deglutiatur, valeat imperfecte nutrire. Verum cum eodem revera infantes fuerint enutriti; ceu ſuperius §. 26. patet, frivolum eſſet dubitare illud verum & genuinum lac eſſe, cum ad alendum aptum ſit; ita argumentamur cum D. DEVSINGIO *de Lacte; ſ. 1. § 20.* Conf. *Ol.* WORM. ap. Th. *BARTHOLIN. in Ciſta Med. p. m. 255* qui *p. 256.* addit: *Nemo ſanus verum lac eſſe, quod infantes nutrire pote eſt, lactis veri habet ſubſtantiam, qualitates & vires, negabit unquam: nemo cordatus illud, quod exſtringi pro lubitu in aſſidentium faciem poteſt, & infanti nutriendo & educando ſufficit, parcum eſſe affirmabit. Faceſſant igitur frivolæ hæ exceptiones.* Adde Cl. *BEVEROVIC. Epiſt. quæſt p 36.* ubi recte refutat *LAVRENTIUM*, & *J.* T. *SCHENK. diſſ. de Natura Lactis coroll. 1.*

§. 62. Obiter heic adnoto, quod multi medici cauſſam redundantiæ lactis in non gravidis retulerint ad ſubpreſſionem menſium, uti EBN-SINA *fen. 12. l. 3. tr. 1. c. 3. C. à* VEGA, SINIBALD. *Geneanthrop. l 4. tr. 2. c. 6. Joh.* MATTHÆVS *q. 13.* J. BEVEROVIC. *Epiſt. quæſt. ad Lydium p. m. 35.* C. BAVHIN. *l. anat. c. 4. Olaus* WORM. ap. *Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta Med. p. m. 245.* M. SEBIZ. *de Alim. l 3. c. 7. &c.* Conf. ſupra §. 38.

§. 63. Cauſſæ Patronum Opt. Max. conſtituunt Divinum HIPPOCRATEM, qui *v. aph. 39* ait: ἢν γυνὴ μὴ κύϊσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε. i.e. *Si mulier, quæ nec prægnans, nec puerpera eſt, lac habet, ei menſtrua defecerunt;* Conf. *ad h. l. in Comment.* GALEN. HEVRN. PHILOTHEVS *p. m. 95. b. C. a.* VEGA. I. C. DIETERICH. *p. m. 91.*

§. 64. Rationem ſuperaddunt, quia ſanguinis menſtrui & lactis eadem ſit materia, teſtibus ARISTOT. *VII. H. A. 11. & IV. G. A. 8.* GALEN. *V. ſimpl. med. fac. 22. & ex eodem l. de V. S. adverſus Eraſiſtrat. c. 5. & XIV. V. P. 8.* hoc concludit ZACVTVS *l. 3. Prax. hiſt. c. 8.*

§. 65. Nec ſolum ex ſanguine menſtruo oriundum credunt hoc Virginum lac; ſed etiam ex alia ſanguinis exundantia; teſte *Ol.* WORM *in reſponſ. ad Haſebard. ap. Th.* BARTHOLIN. *in Ciſta Med. p. m. 245.* Adde C. BAVHIN. *l. 2. anat. c. 4.* It. PLATON. &c. ap. SCHNEIDER. *de Catarrh l. 3. c. 3.*

§. 66. Et



§. 66. Et utut hanc ſententiam ſeverius defendat famigeratiſſ. *Th.* BARTHOLIN. *A. R. l 2 c. 1.* tamen ego eandem vix ac ne vix quidem admitto. Mecum facit Cl. Dn. *Joh. Ferd.* HERTODVS *à Totenfeld in Ann. I. Ephem. Germ. Curioſ. obſ. 6.* ita inquiens: *Quis ſanguinem menſtruum aſſignabit, ubi in vaſis mammariis, cum vaſis epigaſtricis nullam ἀναστόμωσιν, niſi venam cum vena, arteriam cum arteria, ac conſequenter nullum uteri cum mammis conſenſum inveniet. Accedit quod ſanguis menſtruus non niſi inutilis & extravaſatus primo ſanguis menſtruus vocari conſueverit.* Conf. quoque de ineptis iſtis viis, quas commenti ſunt, *M.* HOFMAN. *diſp. de lactis ex chyloſtatu tum naturali tum p. n. membr. I. § 4.* & *Cl.* AMMNAM. *in Parœneſ. c. IV. §. 33.* atque *Celeb.* SCHNEIDER. *l. 3. de Catarrh. c. 3. fuſe.*

§. 67. Quin immo rectius videntur alii ſtatuere lac fieri ex chylo; veluti egomet ante hos XII. annos Argentorati; *Diſp. Inaug. de Pleurit. Coroll. 5.* Obponentes vices tunc publice atque ſollemniter ſuſtinente Optimo Promotore meo atque γαλλυνικωτάτῳ *Melchiore* SEBIZIO, ferme Centenario, & tamen ſatis vegeto ſene, νῦν ἐν ἁγίοις.

§. 68. In hac ſententia laudatiſſimos habeo anteceſſores atque aſſeclas doctiſſimos; nim ipſum Magnum COVMI. *de morb. mul. ſ. 3. f. m. 185. Proſper.* MARTIANVM *& Petr.* CASTELLVM *ap. Th.* BARTHOLN. *A. R. l. 2. c. 1.* HARVEI. VESLING. SLEGEL. *diſſ. de lacte M.* HOFMAN. I. D. HORST. citante SEGERO *Epiſt. 2. de Lympha Bartholin. p. m. 36. Georg.* ENT. digreſſione 5. contra Pariſanum. CHARLETON. *Oecon. anim. Exerc. 3. Bernh* SVVALVE *de ventric. querel. & obprobr. p. m. 106.* DEVSING. *de lacte § 10 & 11 Thom.* CORNEL. *p. m. 218. ſeqq. Th.* VVHARTON. *Adenograph. c. 36. p. m. 238. ſeqq. Petrum* GVIFFRATVM *Exerc. de proxima lactis materia, Rothomagi in 4. A. 1652. Nic.* HOBOKEN. *de ſede animæ part. 2. c. 4. art. 9. §. 16. Chriſt.* LANGIVM *diſſ de Lacte humano cap. 1. §. 13. Lipſ. 1653.* J. T. SCHENK. *diſſ. natura lactis art. 3. §. 3. ſeqq.*

§. 59. Immo vel mares (addo pueros, infantes) lac habentes evincunt hoc non fieri ex menſibus *Hier.* EVGVBIN. *l. de Lacte,* DEVSING. *l. a. §. 11.* qui §. 15. alias plures bonas habet rationes; & inter illas, bruta habere lac, non item menſtrua pauciſſimis quibusdam exceptis.

§. 70. *WHARTONUS* equidem *l. a.* chylo aſſociat nonnihil ſelectioris ſucci è nervis. Verum Cl. *HERTOD. l. d.* dubitat; aitque eſſe pauciſſimos in mammis nervos, nec conſentiunt Th. *BARTHOLIN. A. R. l. 2. c. 1. p. m. 331* (edit. noviſſ Lugd. Bat. 1674.) *BARBATUS de ſangu. & ejus ſero p m. 41. ſeq.* atque Cl. *AMMAN Parœneſ. c. IV. §. 37. ſeqq.*

§ 71. Nobiliſſ. D. *Joh. Dan.* *HORSTIUS*; *Fautor atque Compater noſter honoratiſſimus,* arbitratur chylo ad lac conſtituendum ſubpetias ferre

lym-

lympham. Hinc & BILSIVS *in reſponſ. ad Epiſt.* Tob. *Andreæ p. m. 8.* vult ductus roriferos rorem ad mammas transportare ut lac fiat; uti & *in Vera delineatione actorum anat. p.m. 15.* Et videtur illis patrocinari doctiſſ. *Hieron. BARBATUS p. m. 40. ſeqq.* dum ex ſero, neutiquam ex ſanguine aut chylo nutritionem fieri ſtatuit.

§. 72. Sed vela contrahimus, & concludimus verbis Cl. Th. *BARTHOLIN. cent. 3. Epiſt. 38. p. m. 142.* in hac eadem materia: *Sæpe injuria fit fama innocentium à rerum naturæque imperitis.* Et paullo poſt deductibus novis ad papillas ſcribit: *Ventura dies & diligentia felix proſectorum cuncta aperiet, ut etiam hoc invento puellarum innocentiæ conſulatur, quæ virgines eſſe non deſinunt, ſi cetera integræ ſint famæ, quanquam ſubinde in ſororiantibus mammillis lac habeant. Eædem quippe viæ junioribus patulæ eſſe poſſunt, quibus mulieribus turgeſcentes mammæ dulcibus ſuccis, ut loquitur LACTANTIUS de opif. Dei c. 12. diſtenduntur.*

II.

# LAC VIRGINIS PHARMACEUTICUM ATQUE CHEMICUM.

§. 1. LACTIS vocabulum in pharmacia eſt πολυώνυμον; ob coloris albicantis ſimilitudinem, variis albentibus remediis expetitum.

§. 2. Ita LAC AMYGDALINUM Germ. Mandel-Milch/ frequentatur in officinis. Latino-barbaris audit EMULSIO, ab *emulgendo*, quod quaſi emulctum ſit ex quibusdam ſeminibus, aut medulla fructuum, interveniente liquore appropriato: Eſt enim medicamentum liquidum lacteum, i. e. lac mentiens, veluti ait *SCHRöDER. Pharm. l. 1. c. 3. & l. 2. c. 54.* qui *ib.* modum parandi & uſum addit. Conf. quoque Cl. D. Anteceſſorem in hac Univ. noſtrum *Lubert. ESTHIUM in tract. formular. ſect. VII. c. 1. p. m. 79.* RENOD. *Inſt. Pharmac. l. V. c. 8. Petr. MORELL. meth. præſcrib. form. ſect. 1. c. 7. p. 98.* Huic confine AMYGDALATUM eſt, de quo itidem RENOD. *l. a. c 9.* MORELL. *l. d. c. 8.*

§. 3. Ita LAC S. LUCIÆ perhibent valde congruum eſſe ad oculorum affectus, illudque ſic deſcribunt: ℞ *Vini albi bocal. n. 1. tutiæ præp.* ℥ij *fol. fœnic. fol. rutæ à Mj. M. in phiala vitrea per 9. ♂ agitentur quotidie per horam optime à Virgine, circulationem agitando eandem ſemper ſervante, & non pervertente, atque orationem Dominicalem, & ſalutationem Angelicam ſemel ſingulo mane dicente. Demum ad oppoſitam ſolis radiis partem in umbra*





*per ♂ XXV. exponatur; & tandem repoſita ſic phiala ad uſum ſervetur, pro oculorum ablutione.* Ita profert *J. B.* SITONUS *in Miſcellan. Medico-Curioſ. tr. XLV. p. m. 291.* Ἀλλὰ ἄπαγε ξένον ἐν χυμῶνι.

§. 4. Ita LAC MANDRAGORÆ obſervatur à *Celeberr. G. H.* VELSCHIO immortalitate digniſſimo, Fautore & Amico, dum viveret, ſuaviſſimo, cujus mortem acerbiſſimum nuncium nobis jam adtulit, *nott. ad exoter. cur. & obſſ. med. chil. 1. obſ. 935.* ex EUTYCHIO *Patricide Annal. tom. II. p. 452.* Meminitque illius ſucci lactei EBN-SINA *l. 2. tr. 2. c. 10.* ſcil. valere contra hydropem calidum.

§. 5. Ita LAC MECHOACANNÆ legitur ap. *C.* CALDFRAM *de Heredia in tribunali med. Magic. Polit. f. m. 400. a.* qui illo quoque ex chocolate dato curavit icterum, allegante beato VELSCHIO *l. a. n 989.*

§. 6. Ita LAC DACRYDII deſcribit *Zachar.* BRENDELIUS *Chem. in art. fort. redacta p. m. 94. ſeqq.* ex communicatione fratris ſui *Joh. Phil.* BRENDELII, Medici Slaizenſis. Illud in phrenitide laudat Cl. ROLFINC. *Epit. l. 1. p. 1. c. 3. p. m. 14.* & in melancholia Celeb. VELSCHIUS *nott. ad cent 3. conſ. 54.*

§. 7. Ita LAC ALOETICUM habet *Helidæus de* PADUANIS ap. VELSCH. *Chil 2. obſ 847.* In illo decocta plantago una cum aliis profuit injectione ad ulcus putridum & verminoſum in collo veſicæ. Addit vero Cl. VELSCHIUS *in nott.* illud eſſe præſtantius, ſi fiat ex foliis recentibus, ubi haberi poſſunt. Cepit enim Americana jam in plerisque hortis excoli.

§. 8. Ita LAC AUREUM *Michaeli* RUCCERO *in IV. aphor. 35.* dicitur lixivium cum oleo mixtum, & quidem oleo roſarum juxta *Iſaac.* SCHALLERUM, Medicum Angelopolitanum ap. VELSCHIUM *in chil. I. obſ. 579.* qui tamen *in notis* commodius reputat oleum ſambucinum ad mentem SENNERTI *2. de febb. 16.* & BLOCHWITZII *de Sambuco part. 3. c. 29.* Valet ad Eryſipelas, ambuſta &c.

§. 9. Ita LAC SULFURIS (alias *Cremor* ſeu *Butyrum Sulfuris*) dicitur, cujus tres parandi modos habet SCHRöDER. *Pharm l 3. c 28. p. m. 504.* Conf. CROLL. *Baſil. Chem. p. m. 279.* BEGUIN *tirocin. Chem. l. 2. c. 19. P.* POTER. *Pharm. Spagyr. l. 2. c. 11.* GRULING. *Florileg. Chem c. 13. p. m. 327.* & ROLFINC. *diſſ. Chem. 2. c 14. p. m. 26.* Nim. Sulfur commune ſolutum in lixivio tartari, eſt rubrum, mixtum cum aceto, illico lacteſcit, & hoc nomen ſortitur; ita Celeb. Profeſſor atq; Archiater Haſſiacus D. D. WALDSCHMID, noſter Fautor atq; Amicus ſuaviſſimus *diſp. de Chylificat. θ. 24. p. m. 21.* Auctor ejus medicaminis alias ſit Doctor *Samuel* SCHLEGEL, Anhaltini Principis Medicus, teſte *Jerem.* BARTHIO at-

que HARTMANNO *ad d. l. Beguin. p. m. 373.* Non negligendæ tamen ſunt animadverſiones Cl. ZWELFERI *mantiſſa Spagyrica part. 2. c. 10. f. m. 400. ſeqq.*

§. 10. Ita LAC BALSAMI, alias *Ens balſami*, eſt aqua illa, quæ ex unaquaq; ſublimatione tam flor. Sulfuris ſimplicium, quam compoſitorum in recipiente adaptato colligitur ac ſeorſim ſervatur; dein rectificata in balneo bullienti miſcetur cum aqua illa, quæ ab ultimis floribus compoſitis abſtracta eſt, nec rectificatione eget: Eſt coloris lactei propter gummata, & ſaporis acidi, vide CROLLIUM *Baſil. Chem. p. m. 314.* ubi quoque uſum ejus enarrat.

§. 11. Ita LAC SATURNI (aliis Magiſterium ejusdem) proponitur à SGHRöDERO *l. 3. Pharmacop. c. 12. p. m. 390.* Qui ibidem quoque modum ex *Salom.* CLOSSÆO addit producendi LIQUOREM LACTEVM ad ulcera.

§. 12. Sed ne plane extra pomæria evagemur noſtra, retro ferimus pedem (neglecto vario adhuc lacte, e. g. *pæoniæ*, de quo VELSCH. it. *pineato* &c.) ad Lac noſtrum Virginis; in primo limine ſtatim amoventes homonymiam, ubi ſpecialius nonnullis chemicis LAC VIRGINIS iſt aqua ☿, der Drachen-Swanz / wäſchet und coagulirt on aller Hand Werk / iſt ☿ philoſophorum, ſuccus Lunariæ & ſolariæ, auß Catholiſcher ärd und Waſſer / ita *Mart.* RVLANDVS *in Lexico Alchemiæ lit. L. p. m. 272.* ex quo eadem (ut ferme reliqua omnia) transſumſit quoque *Guilh.* JOHNSONVS *in Lexico Chem. p. m. 115.* Conf. *Gerh.* DORN in Theophraſtiſch. Practic *p. m. 451.* ex quo procul dubio etiam illa transtulit ad ſua KIRCHER. *Mund. Subterr. l. 2. ſ. 4. c. 3. f. m. 323.*

§. 13. Nobis ἐν τῷ παρόντι eſt Lac Virgineum, liquor albicans, certo modo præparatus, potiſſimum ex lithargyro, ad cutis mundioris commendationem, aliosque affectus externos.

§. 14. Nominatur autem Lac Virgineum *Thomæ* CARTHVSIO & CRATONI *l. 4. conſ. 27. p. m. 182.* item Virginale RONDELETIO *de Fucis p. m. 1259.* PAREO *l. 25. c. 44.* *Lub.* ESTHIO *in tract. formularum parte poſter. claſſ. 3. c. 2. p. m. 137.* ſeu Lac Virginum D. D. WALDSCHMID *l. a.* &c. Gallis Lait Virginal, *Cl. Moſ. CHARAS in Pharmacop. Reg. Galen. & Chem. parte IV. p. m. 1040.* Germ. Jungfer Milch. Et quidem ratione ſubjecti (ut ſcholæ loquuntur) à ſimilitudine coloris lactei ſeu albidi, teſtibus PAREO *l. 26. c. 10.* BARICELL. *hortul. genial. p. m. 253.* RENOD. *Inſt. Pharm. l. V. c. 12.* atque *Arnold.* WEICKARDO *Theſ. Pract. l. 6. f. 111. a. in margine.* Ratione autem prædicati cognominatur ideo Virgineum, *quod fuco deditæ virgines eo impenſe delectentur ad pallorem faciei*



*faciei inducendum, eamq; paſſam derugandam decorandamq;*, ſunt verba *Cl. ESTHII l. a. p. m. 137.* Aut quod colorem virgineum faciei immutet; RENOD. *l. a.*

§ 15. Refertur ab eodem *ESTHIO* inter medicamenta externa, una cum epithematibus, oxyrrhodino &c. in ſpecie ad aquarum claſſem à ZACVTO *Luſit. in Pharmacop art. IV. diſtinct. 1. cap. 4. f m 102.* & SCHRöDER. *l. 2. c 39.* Eſt autem ex his, quæ juniorum adinvenit ſedulitas, teſte RENOD. *l. a.* Interim jam tum ejus mentio fit ap. GVIDON. (qui floruit A. C. 1533.) *tr. 6. de antidot. appropr. cap. 2.* teſte ZACUTO *l. a.*

§. 16. A variis varie præparatur. Vbique tamen baſis eſt lithargyros, qui cum duplex ſit, ἀργυρίτης videlicet atque χρυσίτης (vide DIOSCOR. *l. V. c. 52.*) ideo etiam duplex emergit lac virgineum, *album* ſc. ex illo; ex hoc *flavum*, & quaſi croci ſtaminibus tinctum, teſte *Lub.* ESTHIO *l. c.* Immo *Georg.* MELICHIVS *in Diſpenſatorio diſtinct. XI. p. m. 451.* ex utroque parat h. m.

℞ Aceti fortis lb V.
Lithargyri auri
argenti an: ℥iiij.

Lithargyrum tritum, & aceto permixtum, per alembicum deſtilla, & quod effluit, aſſerva. Dehinc

℞ Alumnis plumei
Salis gemmei an: ʒj
Thuris maſculi ℥ß
Camphoræ ℈ij.
Aquæ roſar. lbj.
Olei tartari ℥vj.

Quæ terenda ſunt terantur, & per alembicum aqua eliciatur. Vtriusque aquæ, quæ exſtillarit, guttas binas in volam manus effuſas maculis & infectionibus illine, & exigua cum morſu deleri & tolli videbis. Sed hæc compoſitio ἀταξίαν ſapit.

§ 17. Nempe Lithargyrium rubrum ſi cum aceto miſceatur, conſtituit liquorem album, qui Medicis lac virginum nuncupatur, teſte D. D. WALDSCHMID *diſp. de Chylif. §. 41. p. m. 25.* Ita proponit ZACVTVS *Luſ. l. a.*

℞. Aceti ex vino albiſſimo facti lbß.
Lithargyri dealbati ℥ß.

Miſce & poſtea per ellychnium deſtilletur aqua ex uno vaſe in aliud. Paullo aliter habet ESTHIVS *l. a.*

℞ Aquæ Ciſternæ vel fluvialis claræ phialam j.

 aceti

aceti acerrimi albi cyath. j.
Lithargyri aurei ℥ij.

bulliant ad conſumtionem partis quartæ in vitreata phiala, facta reſidentia, quod puriſſimum eſt, ſervetur uſui. Conf. RENODÆUM *Inſt. Pharm. l.V. c.12.* Ab hoc parum abit illud *Arnold.* WEICKARDI *l.6.f.m.111.a.* niſi quod alumen uſtum addat: Et illud *BARICELL. hortulo genial. p.m. 253.* qui loco aluminis Sal gemmæ ponit. Vti qq. *Conr. JOHREN.* qui hujus loco *Ceruſſam* addit *Prax. Chem. ſ.1. c 11. p.m.192.* Rurſus paullo aliter *Moyſ. CHARAS Pharmacop. Regia Galen. & Chem. p.m.1040.* ita:

℞ Solutionis lithargyri auri in aceto diſtill. factæ ℥viij.
Solutionis aluminis rupei in aqua nymphææ paratæ etiam ℥viij.

Filtratarum ſeorſim ſolutionum, fiat quolibet tempore permixtio, & paratum erit lac Virgineum. Addit idem Cl. CHARAS: *Il ſuffit d'avoir des diſſolutions de Litharge dans du vinaigre diſtillé, & d'Alum dans de l'eau de nymphæa, ou dans quelque autre ſemblable; Car on peut en les mélant par egales portions avoir ſur le champ un Lait Virginal fort propre pour nettoyer & blanchir les mains & le viſage.* Nec videtur quoad ingredientia ab hoc differre illud in *PHARMACOP. AUGUST. f.m.299.*

℞ Alum crudi ℥iv.
Decoqu. ad tertias in aquæ font. ℔ij. poſtea
℞ Lithargyri ℔ß.
aceti vini ℔iß.

Decoqu. ad remanent. ℔j. Colentur & commiſceantur ambæ aquæ, ac ſpatula tam diu agitentur, donec albeſcant. Ad h. l. ZWELFERUS *in animadv. f.m.300.* ait, ſolutiones alumnis & lithargyrii ſe in vicem præcipitare, ita, ut neutrum horum ſuas operationes proprias rite exſerere poſſit. Nihilominus tamen, addit, illa ipſa ita mixta refrigerando fucatamque cuti albedinem inducendo non nihil præſtare poſſe. Pariter ex aceto deſtil: & lithargyri addito dein ſale & alumine cum linteis admovendum parabat *Thomas* CARTHUSIUS *ap.* VELSCH. *Chil. I. obſ.591.* Compendioſum eſt hoc WILLIS *pharmaceut: rational. part. 2.ſ.3. c.5.p.m.471.* nempe ſolutio lithargyri in aceto deſtill. facta ab oleo tartari per deliquium affuſo in liquorem inſtar lactis albicantem præcipitatur. Habet etiam RENOD. *l.a.*

§.18. Alii Lithargyro atque aceto addunt quaſdam aquas deſtillatas atque alia κοσμητικὰ ac formæ lenocinium facientia, ſajente *Lub.* ESTHIO. Ita DISPENSATORIUM NORIMBERG. noviſſimum A.C.*1666.f.m.155.* hoc habet:

℞ Aquæ



℞ Aquæ ſolatri
nymphææ
lactuc.
Aceti a ℥ij.
Lithargyr. ℥j.
Ceruſſæ candid. ℥iij.
Camphor. ℈j.

Lithargyr. cum aceto ebulliat, dein Ceruſſa addatur, tandem & aquæ. Refrigeratis Camphora cum ſpiritu vini diſſoluta immiſceatur. Idem habet quoque SCHRÖDER. *Pharm.l.2.c.39.* Nec admodum differt illud RONDELETII *tr. de fucis p.m.1260.* niſi quod loco harum aquarum habeat aqu. plantag. atque roſar. & addat Sal commune. Quod etiam ita habet PAREUS *l.25. c.44. f.m.625.* qui *l.26.c.10.* aliud habet ab hoc itidem parum differens. Conf. quoque *WEICKHARDUM in Theſauro Pract. l.6.f.m.111.a.* & *RENOD. Inſtit. Pharm. l.V.c.12.*

§.19. *WECKERUS in Antidot. Special. l.3.p.m.732.* ex Fumanello hoc ptoponit:

℞ *Lithargyri contriti* ℔ß

*in aceti albi ℥iij. Coquito, & panno cribratum in vitreo vaſe ſervato: deinde adde Camphoræ, aluminis, ſameni, boracis, olei tartari a.p.æ. aquæ roſar. q.ſ.* Sed hic proceſſus mihi non placet.

§.20. Modum parandi præmiſſis regulis quibusdam docet *Lub. ESTHIUS l.a. p.m.138.* inquiens: *Apparatus talis eſt (1.) competente doſi præſcribimus lithargyrium, ceruſſam & hoc genus alia corpori nitorem acquirentia. (2.) Admetimur aquas idoneas & ſi opus ſit modicum aceti. (3.) Hæ alias ebulliunt, alias ſolum infunduntur, modo ſtatim diſſolvuntur cum diligentia. (4.) Præterea filtrantur, hoc eſt per filtrum ſeu ſpiſſum pannum trajiciuntur. (5.) Demum inſolantur, donec inclaruerint, Lithargyrus colorem impertit alias lacteum, alias flavum.*

℞ *Aquæ pap.* ℥j.
*e limonior. ſucco diſtillatæ vitreo alembico* ℥iß.
*phaſeolor.*
*ex melopeponibus an:* ℥j.
*lapathi acuti* ʒiij.
*ſolani* ʒij.
*Aceti vini albi* ℥iß.
*In commiſtis invicem diſſolvatur Lithargyri* ℥ß,
*Camphor.* ℈j.
*Ceruſſæ* ʒiij.



*Concuſſa*

*Concuſſa jugiter & agitata invicem, permittantur reſidere, mox per filtrum trajecta condantur in vaſe vitreo.*

§. 21. VSVS etiam hujus medicaminis eſt varius atque multiplex. In genere utimur eo *ad refrigerandum*, *Lub. ESTHIVS l. d.* & *ZWELFER animadv. ad Pharm. Aug. f. m. 300.* Item ad impetum humorum imbibendum, atque alio derivandum juxta *Lub. ESTHIVM l. c.* adeoq; etiam ad ſanguinem ſiſtendum, *SCHRöDER. Pharm. l. 2. cap. 39.*

§. 22. Et cum egregiam laudem atque ſpolia ampla retulerit in gynæceis, ut egregium Coſmeticum, ceu conteſtantur, PAREVS, PHARMACOP. AUGUST. SCHRöDERUS, ESTHIUS, C. HOFMAN. *in Paralip officinal. c 89. a* &c. ideo dicitur iisdem rugas frontis explanare, item manus lævigare, & decorandis virginibus, acquirendoque faciei nitori ſatis aptum, cutim enim egregie illuſtrat, Conf. ZACVT. *Luſit. l. a.* & WILLIS *part. 2. Pharmaceut. rational. ſ. 3. c. 5. p. m. 471.*

§. 23. Cutaneis quoque affectibus prodeſt, teſtibus PHARM. AUG. atque ZACUTO *l. a.*. Hinc valet ad aſpredines cutis, RENOD. *l. a. p. m. 134.* Exſiccat etiam atque extergit puſtulas faciei, ZACVTVS *l. a.* præcipue ſanguineas biioſaſque PAREVS *l. 26. c. 10.* Conf. JOHREN. *l. a.* Et ideo ad faciei rubores eſt perutile; *Id. Ib.* Conf. BARICELL. *p. m.* 254. RENOD. *l. d.* ut & ad pallorem eidem inducendum, ESTHIUS *l. a.* atque WECKERUS *antidot. ſpecial. l. 3. p. m. 732.*

§. 24. Valet porro ad ſcabiem depurgandam, *Lub.* ESTHIUS atque SCHRöDER. *ll. aa.* MACAS *promt. med pract. l. poſter. ſ. 16. c 3.* Item contra Lentigines, ſerpigines, lichenes, atque impetigines, conf. PHARMACOP. AVGVSTAN. BARICELL. *p. m. 254.* MACAS *l. a.* qui *ibid. c.* 10. etiam commendat ad tineam; it *c. 15.* ad cicatrices & alias maculas, uti & WILLIS *l. a.* Ad herpeta laudat RENODÆUS *p. m. 134.*

§. 25. Ad oculorum morbos commendat lac ſuum virginis *Lub.* ESTHIVS *de formulis p. m. 139.* Nec forte male. Siquidem heic & alibi videtur virtutes has ſibi poſcere ideo, quod partim refrigeret, partim emolliat, mitiget, humectet &c.

§. 26. Ad Eryſipelas non inutiliter adhibetur MACAS. *promt. med. pract. l. poſter. ſ. 16. c 3.* Ita Eryſipelas jam plurium annorum in quodam curavit *Thomas* CARTHUSIUS *de Bono Lapide in praxi med. ap.* VELSCH. *Chil. I. obſ 591.* Immo ad exulceratum commendat J. CRATO *l. iv. Conſ. 27. p. m. 182.* atque *G. H. VELSCHIVS Chil. I. curat. & obſ. 591* In aliis quoque ulceribus ſordidis laudat *Lub.* ESTHIUS *l. c.*

§. 27. Ad varios quoque tumores diſcutiendos atque mitigandos expetitur. Præcipuè autem valet in tumoribus calidis, qui olea & pingue-



pinguedines non admittunt, maxime, quando tumor articulum invadit, *Arn.* WEICKARDVS *in theſ. pract. l. vi. f. m. 111. a.* ubi addit etiam doloribus mitigandis prodeſſe. Ad tibiarum tumores laudat L. ESTHIUS *l. a.* Ad ſcroti tumores itidem. Et χαριςαλ@ *C. HOFMANNUS in Paralip. officin. c. 89. b.* ſcribit: *Ego vidi ſeniorem noſtrum Chirurgum* Petrum Colerum *diſcutere ejus litu ſolum maximum ſcroti tumorem in hydropico, de quo ille affirmabat, fruſtra ferro aperiri, quod materia ibi eſſet flava, conſiſtens inſtar gelatinæ.* Pariter verrucæ in manibus, ſi per aliquot dies bene confricentur iſto lacte virginis, quod BARICELLUS *in hort. genial. p. m. 254.* habet, evaneſcunt. Forte propter Sal gemmæ. Hinc quoque docuit *P. BORELL. C. 2. obſ. 46.* ad easdem ſal armoniac. in aqua ſolutum.

§. 28. Modus utendi eo, aut idem applicandi facilis eſt. Cum linteo admoveat *Thomas CARTHVSIVS* ap. *VELSCH. Chil. 1. obſ. 591* ut & WEICKARDVS *l. a.* & quidem tepide. Alii eodem una cum aqua fucatrice faciem quotidie bis, (*WILLIS l. a.*) ter aut quater abluunt, *L. ESTHIVS l. a.*

§. 29. Obiter heic notamus improprie alia coſmetica quoque dici poſſe lac Virginale Hinc *RONDELETIVS in tr. de Fucis p. m. 1259.* inter alia Coſmetica & hoc proponit, inquiens: *Convenit etiam lac virginale deſtillatum ex umbilico veneris, cucurbita nenuphare, ſempervivo & aliis hujusmodi ex herbis refrigerantibus.*

§. 30. Placet denique mantiſſæ loco addere aliud lac virgineum, quod ſtatim præparari poteſt, ſi ad manum habeamus Tincturam ſtoracis aut Benzoini præparatam cum ſpiritu vini, ſi nim. aliquot ejusdem guttas certæ quantitati aquæ Coſmeticæ deſtillatæ inſtillemus; immo etiam aquæ ſimplici calidæ, prout vidi ap. quosdam barbæ tonſores, qui ob hoc ſtudebant emendationi cutis faciei, dum eam eodem abluebant barbam radentes. Meminit ejus *Cl. Moyſes CHARAS* Apothecarius Regius & Chemicus ordin. in laboratorio horti Regii Pariſ. Amicus noſter honoratiſſimus *in Pharmacopœa Regia Galenica & Chemica part. IV. p. m. 1040.* his verbis: *Ceux auſſi qui ont de la Teinture de Storax ou de Benjoin preparée avec l' Eſprit de vin, peuvent avoir en tout tems un Lait Virginal, en mêlant un peu de cette Teinture, avec ſept ou huit fois autant de quelque Eau diſtillée coſmetique C'eſt auſſi le Lait Virginal qu' on employe le plus aujourd' huy tant a cauſe de ſa bonne odeur, que pour ſes bons effets.*

III. LAC

III.

# LAC VIRGINIS PHYSICUM.

§. 1. TErtium prioribus ſubnectimus Lac, nempe Phyſicum. Neutiquam vero rei erimus alicujus μεταβάσεως εἰς ἀλλογένος. Siquidem quicquid ferme phyſica habet corporum naturalium, medicinæ inſervire ſolet. Hæc noſtra & ex ſacris & ex profanis ſcribtis ſibi ſelectum facere poteſt. Et, næ rudis eſſet iſte medicus, qui nihil politioris diſciplinæ deguſtaſſet ex aliis nobiliſſimis ſcientiis atque artibus?

§. 2. Hoc equidem Lac Virginis phyſicum nobis non adeo cognitum eſt. Affinitas vero nominis eam nobis extorſit quaſi curioſitatem, ut quod domi noſtræ non naſcitur ex alienis peteremus agris.

§. 3. Illud nobis ſuppeditavit Celeb. *J. D. MAJOR*, Holſatiæ ſplendor eruditiſſimus, Amicus noſter magnus, *in doctiſſima Diſſert. de Lacte Lunæ cap* 8. §. *14. (Kiloni 1667.)* ajens ſaxum eſſe quoddam plagæ orientalis ita nominatum; & locum allegat integrum *NIEREMBERGII*; qui αὐτόπτης illud ſpeculatus eſt.

§. 4. Nim. verbis & fide *Euſeb. NIEREMBERGII in libello peculiari de miris & miraculoſis naturis in terra Hebræis promiſſa cap. 38.* iſthæc referemus. Ait autem auctor: *Haut procul Cotovicus, à monaſterio Bethlehemitico antrum (cui à virgine nomen eſt, quoque item cryptam lacteam vocant) ſubiimus. In ingreſſu obſcuriſſimum & arctum, via leniter declivi & ſaxoſa, adeo anguſtum præbet acceſſum, ut niſi genibus flexis, aut ſaltim inclinato ad uterum capite, vix penetrare queas. Itaque ne uſquam offenderemus, ardentem quisque cereum geſtavimus. Ad penitiora ubi devenimus, antrum offendimus quadrata forma viginti quatuor circiter pedes per quadrum continens, in cujus fere modo aram marmoream etiamnum integram videre eſt. Ferunt hoc loco Mariam Virginem cum JESU infantulo (dum Herodem in Bethlehemiticos infantos ſævientem fugeret) latuiſſe, atque interim, dum filium lactaret, lacte ſuo locum irroraſſe. In cujus rei memoriam D. Hieronymi ætate templum in hoc ipſo loco, itemque monaſterium Virginis à Paulla Romana erectum volunt, quod tamen hac tempeſtate penitus dirutum, & ſolo æquatum, in cinerem abiit, nihilque*



*nihilque præter altare marmoreum, & antri foramen rotundum (quod in ſummitate rupis exciſum lucem olim admiſiſſe veriſimile eſt) reliquum oſtendit. Hujus antri ſaxum coloris ſubalbidi, duritie cretam non ſuperat, ut ſcalpello radi facillime poſſit. Id vulgo LAC VIRGINIS vocant, miramque ei indigenæ vicinique populi omnes adtribuunt efficaciam, multis experimentis adprobatam. Ferunt namque feminas lactis inopia laborantes, ſi vel exiguum hujus pulveris abraſi, aqua vel vino, aut lacte diſſoluti, accipiant, ſtatim ubi id ſumſerint, lacte repleri; idemque non ſolum à Chriſtianis, ſed ab ipſis quoque Mahumedanis, & Mauris, & Turcis publice omnium ore confirmatur: qui hoc ipſum in ſuis uxoribus & animalibus ſæpiſſime ſe expertos ajunt. Cauſſam vero Virginali lacti adtribuunt ac divino miraculo adſcribunt. Precibus in antro peractis & ſalutata Virgine, ſinguli de cryptæ lateribus aliquid deraſimus, & nobiſcum adportavimus. Cujus ego vim in noſtratibus feminis frequentiſſime certam didici, atque orientis populi opinionem haut vanam eſſe comprobavi.* Hactenus *NIEREMBERGIUS.*

§. 5. Relationi huic ſtet ſua fides. Interim virtutem hujus terræ quod ſpectat, hanc γαλακτοποιητικὴν commendat *Auctor* inductus (1.) auctoritate (α) indigenarum, & (β) vicinorum populorum, & quidem omnium, tam Chriſtianorum, quam Mahumedanorum atque Turcarum (2.) Experimentis multis illorum hominum, tam in ſuis uxoribus quam etiam animalibus, ſæpiſſime factis. Immo etiam (3.) experimento ipſius *Auctoris*, qui ipſemet in noſtratibus feminis ſæpiſſime ejus vim certam didicit.

§. 6. Vnde hanc autem habeat, disquirendum eſt? *Divino miraculo adſcribunt!* Sed hoc videtur nimis remotum. Vti enim ambabus largimur omnia bona in nos promanare ex inexhauſta divinæ bonitatis abyſſo; ita cauſſam naturalem hac vice inveſtigabimus. Nimirum hoc lac, æque ac cryſtallus, & alia hujusmodi ſiccæ naturæ, lac *materialiter* non efficiunt (conf. Satyr. Med. Contin. 2. §. 2. lit. π in fine) chylum videlicet conſtituendo; nec *inſtrumentaliter*, aut *directive*, chyli ad mammas tranſitum juvando, ſed tantum *diſpoſitive* (ignoſcat Latium Scholis) ubi inquinamenta acida (in primis viis colliquamento alimentorum accedentia, quorumque culpa concoctio vitiatur, chylusque vel nullus, vel paucus, vel minus laudabilis conficitur; unde mammæ lacte debito defraudantur) imbibit, abſorbet, præcipitat, ac ita lactis impedimenta removet, uti in ſimili bene eſt ratiocinatus Excell. D. D. *J. D. MAJOR*, amiciſſimus noſter; in *doctiſſ. tr. de Lacte Lunæ cap. X. §. 5. & 8.* Sed finio verbis Summi *HIPPOCRATIS l. π γονῆς f. m. 12.* καὶ ταῦτα μέν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτον.

# BREVIARIUM.

## LACTIS VIRGINIS I.

§. 1. PRopoſitio an & unde Virgines lac habeant? 2. Multi negant. 3. Ut Philoſophi. 4. Philologi ex voce παρθένȣ. 5. JCti. 6. Propter P. H. D. 7. Et conſuetudines. 8. It. Medici. 9. Quia ejus nullus finis. 10. Contrariatur conſenſus uteri c. mammis. 11. Hinc lactantibus non fluunt menſes. 12. Uti nec imprægnatis. 13. Lac non adeſt; niſi & aptitudo ad impregnationem; hac deſinente deſinit & illud. 14. Menſes fluxerunt per mammas. 15. Uti lac aliquando per uterum. 16. Diſtinguitur inter lac verum; & humorem mucoſum: 17. Affirmatur lac virginis auctoritate. 18. Et per autopſian; ſed (α) miraculoſe 19. (β) Naturaliter. 20. Rationibus. 21. Vel ſola ſuctione in juvenibus. 22. Ac vetulis. 23. It. in brutis. 24. Viſum lac in infantibus. 25. It. Viris, juvenibus ac pueris per auctoritatem. 26. Per experientiam. 27. Fruſtra obſtat Mercurialis. An Hippocr. auctor. l. de glandul. 28. Viſum in brutis maſculis. 29. Æque ac talibus femellis. 30. Concluditur verum lac in incorruptis mulieribus; ſed rarius. 31. Imperitis ac obſtetricibus heic non credendum. 32. Probatur 2. reſponſis Fac. Med. 33. Refutatio contrariantium. 34. Philoſophorum. 35. Philologorum, quia ab etymologia fragile argumentum. 36. Aliquot etymologiæ τȣ̃ Παρθένȣ. 37. JCtorum. 38. Per P. H. D. 39. Conſuetudines limitantur. 40. Galenus non eſt auctor hiſtor. Philoſoph. 41. Locus in græco eſt corruptus. 42. Et in Latino. Nova verſio. 43. Nec lac hoc conceptionem notat. 44. Nec fruſtra eſt. Falſa Reies opinio. 45. An teſtes ſemine nutriantur? 46. Neg. 47. An ventriculus chylo? 48. Neg. 49. An oſſa medulla? 50. Limitatur. 51. Neg. 52. Lac iſtud non fruſtra eſt. 53. Conſenſus uteri cum mammis per vaſa mammaria & epigaſtrica. 54. Sed αὐτοψία refutat. 55. Cur lactantibus nulli menſes? 56. Exempla in contrar. 57. Ut & gravidarum menſtruatarum. 58. Reſponſio ad §. 13. 59. Menſes aliquando fluxerunt per oculos, aures, nares, os, gingivas, &c. 60. Quomodo lac per uterum fluat. 61. An lac virginum, virorum &c. verum ſit, nec ne? 62. An lac à menſibus ſubpreſſis. 63. Aff. 64. Ratio, quia utriſque eadem materia. 65. Lac quoque ex alio ſanguine. 66. Lac non è ſanguine. 67. Sed è chylo. 68. 69. Probatur. 70. Chylo ſociant alii ſuccum nervoſum. 71. Alii lympham & rorem. 72. Concluſio.



## LACTIS VIRGINIS II.

§. 1. Lactis ὁμωνυμία in pharmacia. 2. Lac amygdalinum. 3. Lac S. Luciæ. 4. Lac Mandragoræ. 5. Lac Mechoacannæ. 6. Lac Dacrydii. 7. Lac Aloeticum. 8. Lac Aureum. 9. Lac Sulfuris. 10. Lac Balſami. 11. Lac Saturni. 12. Lactis hujus virginis ὁμωνυμία. 13. Noſtri lactis Virginis deſcribtio. 14. ὀνοματολογία. 15. Quo refertur. 16. Baſis eſt lithargyros. 17. Modus parandi. 18. Alius. 19. Rurſus alius. 20. Regulæ quædam. 21. Uſus generalis. 22. Eſt Coſmeticum. 23. Ad aff. cutis. 24. Ad varias ſcabiei ſpecies. 25. Ad oculos. 26. Ad Eryſipelas. 27. Ad tumores varios. 28. Modus utendi. 29. Improprie ſumitur pro aliis coſmeticis. 30. Aliud lac virginis ſine lithargyro.

# LACTIS VIRGINIS III.

*§. 1. Phyſica medicis ſervit. 2. Hoc lac nobis incognitum. 3. Sed aliunde ſubpeditatur. 4. Deſcribitur. 5. Virtus ejus γαλακτοποιητικός. 6. Cauſſæ.*

# INDEX AUCTORUM, QUORUM INFORMATIONE FRUNITI SUMUS.


*A.*

AlbertusMagnus I, 25
Salomon Albertus I, 14 59
Alciatus I. 38
Vlyſſes Aldrovandus I, 28
Amatus Luſitanus I, 14 22, 59. bis
Paullus Ammannus I, 31 55. 60, 66. 70
Hier. Fabr. ab Aquapendenſe I, 25.
Aretæus I. 59
Ariſtoteles I. 3. 21. 25. 27 bis. 28. 34. 46. 50. bis. 51 64
Henning. Arniſæus I. 3. 8 25. 38. bis. 43
Artemidorus I. 3
Auctor libri de Glandulis I. 27
Horatius Augenius I. 57

*B.*

Baldus I. 5. 38
Hier. Barbatus I. 55. 61 70. 71
Baricellus I. 17. 24. II. 14 17. 23. 24. 27
Ierem. Barthius I. 59 II. 9
Caſp. Bartholinus I. 45 48
Thom. Barholinus I. 3 bis. 7. 8. bis. 9. 11. 14. 15 17. 19. 24. bis. 25. ter. 26 ter. 28. 30. 34. 38. 39. 45 49. 51. 54. quinquies 59. octies. 60. 61. 62. 65 66. 68. 70. 72.
Caſp. Bauhinus I. 10. 11. 14 15. 16. 49. 53. 54. 62. 65
Dan. Beckerus I. 17. 25
Ioh. Beguinus II. 9
Ioh. Hartm. Beierus I. 8
Alex. Benedictus I. 19. 26 47
Ant. Benivenius I. 59. bis
Ioh. Bettus I. 17. 25
Ioh. Beverovicius I. 17. 25 52. 61. 62
Lud. Bilſius I. 71. bis
Gerh. Blaſius I. 51. 54
Mart. Blochvvitzius II. 8
Henr. Bocerus I. 5. 29
Ioh. Bodinus I. 22
Lud. Bonaciolus I. 57
Petr. Borellus I. 19. 20. II 27
Franc. Bouchardus I. 22
Louyſe Bourgeois I. 19
Ant. Muſa Braſſavolus I. 57. 59. ſepties
Ioh. Phil. Brendelius II. 6
Zach. Brendelius II. 6
Guilh. Budæus I. 40

*C.*

Andr. Cæſalpinus I. 47
Cagnolus I. 5
Cœlius Calcagninus I. 28
C. Caldera de Heredia II. 5
Ioach. Camerarius I. 17
Pronep. Ioach. Camerar. I. 4
Cantipratenſis I. 18
Capellus I. 15
Caranza I. 38
Hier. Cardanus I. 8. 17. 24 25
Carpzovius I. 38
Thom. Carthuſius II. 14 17. 26. 28
P. Caſtellus I. 19. 68
Roder. à Caſtro I. 17. 19 56
Moyſas Charas II. 14. 17 bis. 30
Gualth. Charleton. I. 10 24. 54. 56. 60. 68


Salom.




Salom. Cloſſæus II. 11
Petr. Colerus II. 27
Columbus I. 57
Maur. Cordæus I. 14. 59
Ianus Cornarius I. 8
Th. Cornelius Conſent. I. 17. 24. 25. 53. 60. 68
Corpus Iuris Civilis I. 23
Corpus Iuris Canon. I. 31
Ioh. Coſtæus I. 19. 22. 25 49
Ioh. Crato II. 14. 26
Oſvvald. Crollius II. 9 10
Renuardus Cyſatus I. 26

*D.*

Iod. Damhouderius I. 31
Ant. Deuſingius I. 22. 24 bis. 25. 26. 48. 57. 60. 61 68. 69
Ioh. Conr. Dietricus I. 30 63
Dion. Carthuſianus I. 18
Dioſcorides I. 16
Diſpenſatorium Norimberg. II. 18
Doctores ad Ius Civile II. 23
Remb. Dodonæus I. 25 59. bis
Marc. Donatus I. 25. 28 59
Gerh. Dorn II. 12
Duarenus I. 5

*E.*

Ebn-Sina I. 22. 25. bis. 27 47. 62. II. 4
Laur. Eichſtadius I. 51
Georg. Ent I. 68
Epictetus I. 35
Epigrammata Græca I. 36
Ericus I. 19
Erotianus I. 27
Lub. Eſthius II. 2. 14. bis 15. 16. 17. 18. 20. 21. bis 22. 23. 24. 25. 2 . 27. 28
Etymologicum M. I. 36
Hier. Eugubinus I. 17. 25 69
Euſtathius I. 4
Eutychius Patricides II. 4

*F.*

Ioh. Fabr. Lynceus I. 19
Facultas Medica Heidelb. I. 31
Gabr. Fallopius I. 47. 49 53
Epiph. Ferdinandus I 57
Fortunatus Fidelis I. 17
Chriſt. Fingerling I. 59
Anutius Foeſius I. 27
P. Foreſtus I. 19. bis
Georg. Francus I. 59. 67 III. 6
Ant. Fumanellus II. 19

*G.*

Galenus I. 9. 10. 12. 27. 47. 49 53. 59. bis. 63. 64
Pſeudo Galenus I. 8
Achilles Pyrm. Gaſſarus I. 40
Cornel Gemma I. 24
Conr. Geſnerus I. 40. 42
Gilhauſen I. 37. 39
Franc. Gliſſonius I. 51
Ioh. Gorræus I. 53
Phil. Grulingius II. 9
Guido de Cauliaco II. 15
Petr. Guiſſattus I. 68

*H.*

Ioh. Hartmannus II. 9
Guilh. Harvejus I. 24. 60 68
Iac. Haſebardus I. 3. 7. 8. 9
Henr. ab Heer I. 22
Herodianus I. 36
Ioh. Ferd. Hertodus I. 54 66. 70
Ioh. Heurnius I. 59. 63
Nath. Highmorus I. 53 54
Hippocrates I. 9. 38. 49. ter 63. 68. III. 6
Nicol. Hoboken I. 68
C. Hofmannus I. 10. 46 48. 50. bis. II. 22. 27
Maur. Hofmannus I. 54 55. 66. 68
Iac. Hollerius I. 59
Ioh. van Horne I. 46
Ioh. Hornung I. 17. 23
Gr. Horſtius I. 25. 49. 57 59. ter. 71
I. D. Horſtius. 59. 68
Hugo I. 19

*I.*

Ioh. Iacobi I. 21. 26
Guilh. Iohnſonus II. 12
Conr. Iohrenius II. 17. 23
Ioh. Ionſtonus I. 14. 25. 30 59. quinquies
Laur. Ioubertus I. 17. 49

*K.*

Ath. Kircherus I. 12
Kornmannus I. 5. 29. 38
Alb. Kyperus I. 51

*L.*

Lactantius Firmianus I. 72
Andr. Lacuna I. 42
Ioh. Phil. Lajus I. 14
Chriſt. Langius I. 68
Ioh. Langius I. 59. bis
Petr. Lauremberg I. 26. 28 49
Andr. Laurentius I. 9. 14 15. 16. 17. 25. 48. 49. 54 bis. 61
Andr. Libavius I. 17. 23
Ioh. Ant. van der Linden I. 40. 49
I. P. Lotichius I. 57

*M.*

I. G. Macaſius II. 24. bis 26
Ioh. Magirus I. 49
Sim. Majolus I. 18.




I. D.

I. D. Major lll. 3. 6
Caſp. Manzius l. 9. 37. 39
Proſper Martianus l. 68
Matth. Martinius l. 36 bis
Maſcardus l. 5. 31. 37. 38
Nic. Maſſa l. 59
Al Maſſarras l. 10
Ioh. Matthæus l. 16. 53. 61 62
P. I. Matthiolus l. 28
Eſ. Meichſnerus l. 59
Ph. Melanchthon l. 3
Georg. Melichius ll. 16
Iac. Menochius l. 5. 37. 38 bis
Lud. Mercatus l. 17. 57. 59 ter
Merclinus l. 59
Hier. Mercurialis l. 25 27
Th. Metzger l. 37
Gotofr. Mœbius l. 10. 14 45. 48. 59. bis
Ioh. Bapt. Montanus l. 40
Petr. Morellus ll. 2. bis
Rabbi Moſes l. 59
I. Vlr. Muller l. 48

*N.*

Nancelius l. 17
Nic. Nicolus l. 25. 59
Ioh. Euſ. Nierembergius l. 29. lll. 3. 4
Auguſt. Niphus l. 24

*O.*

Ordinatio Criminalis Caroli l. 6. 38

*P.*

Helidæus de Paduanis ll. 7
Dom. Panarolus l. 14. 59
Th. Paracelſus l. 59
Ambr. Paræus l. 14. ll. 14 bis. 18. 22. 23
Æm. Pariſanus l. 45
C. Peucerus l. 28
Pharmacopœa Auguſtana ll. 17. 22. 23. 24
Philotheus l. 53. 63
Philoxenus l. 36
Fel Platerus l. 57. 59. bis
Plato l. 35. 65
Poeta incertus l. 36
Iac. Pontanus l. 25
P. Poterius ll. 9

*Q.*

Quinctilianus l. 5. 37. 38

*R.*

Franc. Ranchinus l. 17. 30
C. Reies l. 18. 24. 25. bis 28. bis. 40. 44
Th. Reineſius l. 28
Remus l. 9
Renodæus ll. 2. bis. 14. bis 15. 17. bis. 18. 23. bis. 24
Ioh. Rhodius l. 24. 25. 59 ter
Riolanus Pater l. 45. 47 49. 53
Riolanus Filius l. 49
Gu: Rolfincius l. 10. 54. 59 60. ll. 6. 9
Gu: Rondeletius l. 59. ll. 14. 18. 29
Bald. Ronſſeus l. 59
Iul. Mart. Rota l. 8. 42
Mich. Ruccerus l. 26. ll. 8
Mart. Rulandus l. 59. bis ll. 12

*S.*

P. I. Sachſius l. 17
Ph. Salmuth l. 21. 59. bis
Ant. Santorellus l. 26
Iſaac Schallerus ll. 8
Barthold Schefferus l. 8
Chriſt. Scheiblerus l. 35
I. C. Schenkius l. 26
Ioh. Schenkius l. 14. 15. bis 17. bis. 22. 24. 25. bis. 26 bis. 56. 57. 59. quinquies
I. T. Schenkius l. 30. 45 54. 60. 63. 68
Conr. Vict. Schneider l. 54. 59. novies. 65. 66
Sim. Scholzius l. 26. 27
C. Schottus l. 28
Sam. Schlegelius ll. 9
Ioh. Schroderus ll. 2. 9. 11 15. 18. 21. 22. 24
M. Sebizius l. 17. 23. 48. 55 62. 67
Georg. Segerus l. 68
Dan. Sennertus l. 14. 48 59. quater. ll. 8
Sextus Empiricus l. 3
Sinibaldus l. 17. 25. bis. 26 28. 62
Ioan. Bapt. Sitonus l. 31 ll. 3
Paul. Marq. Slegelius l. 68
Rein. Solenander l. 57
Soranus l. 10
Ioh. Sperlingius l. 51
Adr. Spigelius l. 51
Matth. Stephani l. 5. 9 38. bis
Ioh. Nicol. Stupanus l. 25
Suidas l. 36
Bernh. Svvalve l. 48. 68
Frid. Sylburgius l. 4. 36
Ioh. Bapt. Sylvaticus l. 25
Iac. Sylvius l. 53. 57

*T.*

Valeſcus de Tatanta l. 25
I. W. Textor l. 39
Clemens Timplerus l. 34

*V.*

Valerius Maximus l. 21

Fr. Val-



Fr. Valleſius l. 47. 49. 59
Chriſt. à Vega l. 19. 26. 62 63
Th. Rod. à Veiga l. 49
G. H. Velſchius l. 29. ll. 4. 5. 6. 7. bis. 8. 12. 17 26. bis. 28
Andr. Veſalius l. 17. 25 49. 54. 60
Ioh. Veslingius l. 68
Vidus Vidius l. 10. 49
Ioh. Viſcerus l. 8

*W.*

Ioh. Walæus l. 26
Ph. Iac. Waldſchmid ll. 9 14. 19
I. I. Wecker ll. 19. 23
Arnold. Weickardus ll. 14. 17. 18. 27. 28
I. I. Wepferus l. 60
Th. Whartonus l. 51. 68 70
Ioh. Gerl. Wilhelmi l. 4
Th. Willis ll. 17. 22. 24 28
Ol. Wormius l. 34. 39. 52 61. 62. 65

*X.*

Franc. Xaverius l. 28

*Z.*

Paul. Zacchias l. 5. 17. 25 bis. 26
Zacutus Luſit. l. 17. 59 ter. 64. ll. 15. bis. 17 22. 23. bis
Ioh. Zanger l. 5. 37. 39
Bernh. Zieriz l. 38
Ioh. Zvvelferus ll. 9. 17 21
Zvvingerus l. 25.

# HONORATISSIME LECTOR.

*AUctores heic veneramur, quorum beneficio tantum perfecimus. Docuit* PLINIUS *in præfat. ad Div. Veſpaſian.* eſſe benignum & plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris. *Et addit*: Non ut plerique, quos adtigi, fecerunt. *Scio aliquos homulos, hoc allegandi & laudandi auctores bonos genus, minus probare: Forte quia ipſi tempus aliis triverunt nugis. nec lectioni bonorum impenderunt auctorum per veternoſam ignaviam, aut ſupinam ſatis ignorantiam, Credo ego ideo inprimi bonos auctores, ut legantur à poſteris: Eruditio etenim hodie nobis non connaſcitur, nec per auram velut aſſa columba venit; ſed vel è vivorum Praeceptorum voce hauritur, vel è mortuis eruitur, qui Conſultores optumi. Iſti itaque homunciones*

*Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.*

*Et ſi quid aliquando vel inedigante Minerva perituris illinunt chartis, (cum novis inveniendis tam apti ſint, ac* ὄνος λύρας,*) non abſque plagii ſuſpicione vel invito obtrudunt lectori. Nonne*

ne

*ne iſtud legerunt magni Plinii* : Obnoxii profecto animi, & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum præſertim ſors fiat ex uſura. *Ego jure merito* ( *cum* DEUSINGIO in vindiciis fetus extra uterum geniti ſect. VIII. p. m. 152. ) *mihi gloriæ duco, quod probatos auctores in rebus meliores ſcientias adtinentibus & viderim, & valeam citare ac allegare, dum utique ſuum cuilibet tribuo, nec ſupprimo nomina bonorum auctorum, quorum inventa in meos uſus accommodo. Aliena mihi minime tribuo. Conf. omnino Cl.* FREINSHEIM. in dedicat. Taciti ſui A. 4. *Hoc addo, quos allegavi, non conſarcinavi, ſed quantum licuit, ipſemet ipſoſmet inſpexi.*

F I N I S.

# SATYRÆ MEDICÆ,
## *CONTINUATIO XV.*
DE
# VITRO
ET
# ΥΑΛΟΦΑΓΟΙΣ
Von
## Glas-Fräſſern /
QUAM
*DISPUTATIONE ORDINARIA*
DEO JUVANTE
IN CELEBERRIMA ELECTORALI
HEIDELBERGENSI
*PRÆSIDE*
RECTORE MAGNIFICO
**DN. GEORGIO FRANCO,**
MED. ATQUE PHIL. DOCT. ET PROF. P.
ORD. FAC. DECANO ET ACADEMICO CURIOSO
PRÆCEPTORE AC FAUTORE OMNI ANIMI OBSERVANTIA ÆTATEM DEVENERANDO.
Jatrophilis exhibet
*Ad Diem* *Octobr.* cIↄ Iↄc LXXVIII. *horis antemerid.*
*In Brabeuter. Univerſ.*
PETRUS Kreps / S. Lambrechto-Palatinus.

*HEIDELBERGÆ,*
*Literis* SAMUELIS AMMONII, *Acad. Typograph.*